



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

Puente, Luis de la

Coloniæ Agrippinæ, 1626

VI. De perfecta trium Votorum, Pavpertatis Castitatis, & Obedientiæ, iuxta
Regulas, obseruatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45802](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45802)

TRACTATUS SEXTVS.

DE PERFECTA TRIUM VOTO-
RVM PAUPERIATIS, CASTITATIS, ET O-
BEDIENTIÆ, IUXTA REGVLAS OB-
seruatione.

C V P V T I.

OBLIGATIO RELIGIOSORVM AD PERFECTI-
ONEM
*secundam, quam in emissionem trium votorum sunt
professi.*



OSTQVAM RELIGIOSVS EXPLETO
tyrocinij sui tempore professionem & oblationem
votorum suorum edidit, quibus in statu perfectio-
nis, quam querebat, constituitur: nouam subit
obligationem eam procurandi per media à sua Re-
ligione constituta: quæ vt plurimum sunt eadem
cum ijs, quæ tyrocinij tempore exercuit: quasi ex-
periri volens vno aut altero anno, an vires haberet
sufficientes; vt, ad illud per totam vitam portan-
dum, votis sese obstringeret. Ac proinde non ideo per vota desinit esse
Novitius, vt feruorem tyrocinij remittat; sed vt nouo spiritu & alacritate
in eo proficiat, cum noui adsint, & efficaciores tituli ad talem progres-
sum quod enim prius spontè, & ex sola deuotione faciebat: nunc ad idem
operandum, ipsis votis sese obstrinxit: & nisi faciat, peccabit grauiter con-
tra id quod promisit.

AD CUIVS rei declarationem aduertendum est: quòd cum Religio
(vt supra diximus) non sit schola hominum iam perfectorum; sed vt ta-
les sint, studentium & conantium, in eo perfectionis Evangelicæ gradu,
quem proprium eius institutum exigit; Ita Religiosus non tenetur sub
voto lethalis peccati ad omnem perfectionem sui status possidendam; sed
ad eandem procurandam. Nam præcepta non de fine & scopo, ad quem
peruenitur; sed de medijs ad eum consequendum adhibendis, traduntur.
Sicut medicus non tenetur sanitatem aegroti restituere; nec miles victo-
riam obtinere. Sed vterque ea tenetur media adhibere, quæ præscribun-
tur.

1.
Religio
schola ho-
minum
perfectioni
studenti-
um.

2. 2. 136.

4. 2.

Lib. 4. c. 38

2.

Epist. 253.

a Gen. 28. 12

b Ge. 29. 14

c Cap. 1. 10

tur, vt ad talem finem perueniatur. Vt autem hi grauitur delinquerent, media illa non adhiberent: ita (ait S. Thomas) peccabit Religiosus contemnens media à sua Religione ad perfectionem obtinendam in suis Regulis præscripta: ed quod non satisfaciat obligationi sui status propriæ, quam ipsi votis consinetur. Et in hoc sensu dixit Sanctus quidam Abbas cuiusdam tyroni: (vt refert Cassianus) ne leue peccatum existimes, quod si qui perfectionem est professus, res amplectatur imperfectas; parui faciens id, quod professus est. Hoc enim est professionem ac regulam suam contemnere, & corde redire in Ægyptum, ac retro respicere, non attendendo, sed aram negligendo, quod manu arripuit.

VITA deinde Religiosa est quasi scala quædam perfectionis, cuius gradus sunt ipsa vota, ac virtutis exercitia, quæ in eius regulis continentur. Et quoniam scala non adhibetur, vt quis in ea hæreat, sicut in cella manetur: sed vt per eam ascendatur, ac, prout opus est, descendatur: id est semper sunt virtutes status illius propriæ exercendæ; vt ad perfectionem peruenitur. Eum in modum, (ait S. Bernardus) quo in scala Iacob, quæ typus est Religionis, vt supra est dictum: nullus Angelus sedebat, aut subleuabatur, ascendebant aut descendebant per eam. Vt significaretur in vita Religiosa per esse progrediendum in desiderio proficiendi, siue ascendendo ad Deum per exercitia orationis, & contemplationis; siue descendendo ad proximos actionibus ad id accommodatis. Vtrumque tamen hoc est crescere & ascendere in perfectione. Vbi autem hoc desiderium & voluntas sistit, aut deficitur quoque in obligatione propria. Ac propterea dicit: *O Monachus, vis proficere, vis ergo deficere. non est enim inter hæc duo aliquid mediæ, & statim atque desiderium, perfectionem, quam profiteris, allequens, sistit; aut deficit: redit retro ab eo quod cæperas.* Cum igitur vitam sceleratam Angelicam: accipe eorum exemplum progrediendo semper in scala celsitudinis, quam DEVS ante oculos tuos posuit.

MEMOR esto, Iacobum illum statim, atque mysticam illam vidit in lam, Deo quæ obtulit sua vota, progressum fuisse in itinere vsque in Mesopotamiam: vbi per septem annos seruuit antequam Liam duceret & septem donec acciperet Rachel: neque à labore cessauit, donec innumerabiles uittas compararet. Ita vt in reditu in patriam suam dixerit Domino Deo: *in baculo meo transiui Iordanem istum: & nunc cum duabus turmis regressus sum.* Ad cuius imitationem, cum primum Religionis vota emiseris, noua quædam spiritus alacritate inceptum iter prosequeris, laborans & contendens in tempore necessario, ad consequendam perfectionem actiua vitæ, & contemplatiua. Et nec tunc quidem tibi quiescendum est, sed quotidie noua augmenta procuranda vsque ad ipsam mortem: ita vt

cere possis Deo tuo, non tam verbo, quàm opere ipso: solus transtulit Iordanem penitentiae, vt ingrederet Religionis solitudinem; nec socium alium habui, quàm baculum Crucis Christi, & prouidentiae ac protectionis Dei mei: nunc autem venio ad mortis Iordanem transeundum, vt ad vitam ingrediar æternam, stipatus duabus illustribus turmis operum sanctorum, quæ in vitæq; vita Actiua, & Contemplatiua exercui in Dei gloriam & promotorum meorum utilitatem.

MEMENTO etiam præclari & solidissimi fundamenti, quod iecisti ad perfectionis turrim erigendam. Cum igitur tibi non desit, vnde possis ædificum perficere; ne cesses, nec feruorem ædificandi ex ignavia relaxes: ne te quæ hostes te tui irideant, atque si omninò destitisses. Equum est (ait S. Augusti.) vt qui pro fundamenti vitæ suæ accepit Iesum Christum, eiusque puritatis & perfectionis Euangelicæ professionem d *superadificet non lignum, aut stipulam, sed aurum, argentum, & lapides pretiosos: exerceans opera præclara & digna vocatione sua, in materia trium votorum & regularum: in quibus effulget aurum charitatis, argentum puritatis, & pretiosi virtutum omnium lapides: mortificando viriliter affectus reuiviscentes diuitiarum, deliciarum, & inanium honorum, quæ sunt quasi ligna, stipula aut fecum, quæ purgatorium ignem fouebunt. Grauis enim iniuria infertur nobis aded fundamento, si vile aded ædificum superædificetur.*

ACCEDIT, quod (vt ait Cassianus) grauis sit nota & miseria contendenti inquam artem aut scientiam acquirere; ad eius perfectionem non peruenire: præcipuè cum id prouenit ex incuria & negligentia operam suam componentis. Quando igitur maior erit miseria & pudor, quod veneris ad Religionem, vt ad perfectionem Euangelicam peruenires; sed negligentia tua eam non assequaris; nec thesauris & bonis fruaris, quæ conceduntur non tepidis & negligentibus, sed feruentibus ac perfectis: Angeli cæli & Sancti, qui sunt in terra; qui aspiciant & obseruabunt quid ageres, & ex principis aded præclaris fines expectabant. multo excellentiores, erubescunt quodam modo, videnges te in medio stadij hærentem, & ipsos spe sua destandantem. Et hoc est, quod Salomon dixit: *nubes & ventus, & pluuia non sequentes, vir gloriosus, & promissa non complens.* fraudantur enim homines spe sua, cum non vident, se qui pluuiam speratam; sed post nubes & ventos, adhuc esse ariditatem. Quid enim sunt tua religionis vota, eiusque Regularum; nisi nubes & venti, quæ sunt indicia imminenti copiose pluuie cælestis, cum magna gratiarum abundantia, quæ super ipsum vouentem descendunt, si ea perfecte seruet; imò & ipsi Religiosi vota sua custodientes, moues iunt ac venti è terra exurgentes in cælum: qui Spiritus S. inspirationibus tanta celeritate currunt; vt stupentes Angeli dicant illud Isaie: *f qui sicut*

4.

De Fide &
Opere c. 10.
di. Cor. 3. 12

5.

e. Pro. 25.
14.Isa. 60. 2
g. in epist. 12

1079. 3.

H h h

sicut

gin epist. 1

sunt isti, qui ut nubes volant: & quasi columba ad fenestras suas: Quod si haec nubes sint sicut illae, quas S. Iudas Apostolus appellat *nubes sine aqua*, quae a ventis huc illuc circumferuntur absque vlla utilitate; hi certe grauem adferunt dolorem, eò quòd in statu aded excelso nam exiguum adferant fructum.

§. 2.

a Gen. 17. 1.

Vide Perer. huiusmodi. g. 1. C. 1.

b Z. 1. 3. 9

1.

2.

Homil. in Genes.

Lib. 16 de Ciuit. c. 26.

DENIQUE quemadmodum Deus Dominus noster postquam eduxerat Abrahamum ex terra sua domoque paterna, memoranda illa verba ei dixit: *a Ego Deus omnipotens: ambula coram me, & esto perfectus.* ita Religiosus postquam mundum deseruit, attendere debet; Deum frequentissime ipsius cordi eadem verba repetere, quasi instruens mouet ne exultimes, te propterea quod mundum deserueris, iam esse perfectum: sed potius inchoandum tibi nunc est, serioq; laborandum, ut talis sis: maniendo te magna fiducia de mea omnipotentia. Nam ego, qui te vocaui sum Deus Omnipotens, qui auxilium tibi feram: ut omnes tuos hostes vincere possis. Et hoc ipsum magis explicat verbum Hebraicum: *HADAI*, quod etiam significat *fortem victorem*, quasi dixerit, fortitudo mea multum distat à fortitudine meorum creaturarum, hominum & Angelorum: qui ita sunt fortes, ut non semper vincant, nec voti compotes fiant: at ego semper sum fortis victor: quia, quando cunque volo, vinco: *b nec est vllus, qui potentiae meae, & efficaci voluntati resistat.* Et quando ego in meis amicis pugno, semper in eisdem vinco, si meae se dedant voluntati. Ut autem Omnipotentiae eius suauitas ac iucunditas appareat, qua cum suis agit electis idem verbum hebraicum deduci potest ex alio quod significat *pectus*, unde lac fluit. Quo significatur Deum esse dulcissimum benefactorem, ex quo bona omnia fluunt sicut lac ex pectore. Et hoc totum proponit Deus ob oculos Religiosus, cum ei dicit: *ambula coram me, & esto perfectus.* Tria enim valde praeclara commendat. *Primum* enim dicit in hac via, in qua te constitui, ambula semper: nec vnquam subsistas aut otiosus sis; nec vnquam satis tibi esse existimes, quod sis aliquantum progressus: sed perge semper ulterius in rebus obsequij mei: donec ita plene perfectus euadas, ut nihil tibi desit integritatis perfectionis, quae ratione tui status tibi competit. Sed aduerte, (ait S. Chrylost.) Deum dicere: *ambula coram me* ut intelligas, te non solum debere esse perfectum coram hominibus; sed multo magis coram ipso Deo: cuius oculi omnia vident, ac penetrant; nec decipi possunt: nam solus ille, perfecti nomen promeretur, quem Deus approbat; & qui studet, in omnibus ei placere. Et hoc amplius significat translatio, quam sequitur S. Aug. quae habet: *placere, & esto sine querela*, nam in eo omnis perfectio consistit, ut quis Deo propter seipsum placeat; & coram hominibus viuat sine querela, bene faciens

ciens eis, nullum verò malum inferens, in eo gradu, qui Deo placet. Eum in modum, quo Sanctus Lucas de parentibus sancti Ioannis Baptiste ait, quod *ambo essent iusti ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sue querela.* Et Apostolus exhortatur & commendat, ut *proinde amemus eum non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus.* Sed ulterius perfectio tua progredi debet: semper enim cogitare debes: te agere in conspectu meo, & quod te semper aspiciam; & meminisse: me esse Deum Omnipotentem, fortem victorem, ac dulcem & iucundum benefactorem. Vt ita excites teipsum, & confidas, quod auxiliò meo possis omnia: ut victor sis fortis de tuis hostibus, & fugas ex meis verberibus lac cœlestium consolationum. Sed, ut melius intelligatur, quod hic exigitur, advertendum est: hanc perfectionem in Scriptura sacra exprimi tribus his nominibus: *ambulare post Deum, cum Deo, & coram Deo, Ambulare post Deum,* est proprium famularum, vestigia Dominorum suorum sequentium, cum tanta reuerentia ac timore, ut non multum ad illos accedant: & hoc est commune omnibus iustis, qui diuina præcepta seruare student; Deumque imitari, exercentes illas virtutes, quæ in eis commendantur. Et hunc in modum ait Scriptura, *Regem Iosiam e fœdus percussisse cum populo suo, ut omnes ambularent post Dominum & custodirent præcepta eius.* Et Sapiens dixit: *gloriam magnam esse sequi Dominum, & g Regem factorem suum.* Sed magis est gloriosum, ambulare cum ipso Deo: quod pertinet ad amicos magis intrinsecos, qui maiori cum familiaritate accedunt ad ipsum, & magis propè comitantur, quocumque ipse eat. Dicuntur autem cum ipso ambulare: quia in omnibus, quæ ipse vult, & inspirati ipsi consentiunt, habentque vnum & idem velle, ac nolle cum ipso tanquam duo amici eundem habentes spiritum. Et ita Scriptura sacra dicit de *Henoeh, & i Noë: quod essent iusti, & ambularent cum Deo.* Sed ambulare coram Deo, addit supra hæc arctiorem familiaritatem & consuetudinem cum Deo, quasi semper sit ante eius faciem, & in eius conspectu, illum aspiciens, & contemplan; & ex hoc exemplar educens perfectionis, quam in sua ratione viuendi imitari debeat. Primi respiciunt Deum quasi à tergo: quia vitam suam diriguat iuxta fidem quandam valde obscuram, agnoscentes eum ex eius vestigijs, operibus, ac præceptis: ultimi autè in nituntur fidei, ad eum per contemplationem illustratæ, ut respectu alterius sit, quasi *Deum videres facie ad faciem; Deusque ore ad os loqueretur ei, & ipse inuisibilem Deum, tantummodo videns alloqueretur.* Hæc tria cum magna excellentia complectitur vocatio Religiosi, cui Dominus dicit: *ambula coram me, & esto perfectus.* Nam primum vocatio ipsa eum obligat ambulare post Deum, & sequi: accipiendo ipsum tanquam exemplar & Magistrum iuxta vocationis; nec ad latum eundem vnguem, recedens ab eo, quod ipse iubet. quem admodum S. Iob de

c Luc. 1. 6.

d Ro. 12. 17.
3.4 Reg. 23.
1 Eccl. 23. 1.
3 Eccl. 2. 1.h Gen. 5. 22.
1 cap. 6. 9.k Exo. 33. 11.
l Num. 12. 8
m Heb. 11. 26

H h h 2

seipso

seipso dicebat: *n vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodivi, & non declinaui ex ea.* Nec meminit nisi vnici pedis: ad significandam veritate que conformitatem, quasi vnici tantum esset, vt sequerentur Dei vestigia, in prosperis & aduersis, cum omnibus affectibus cordis sui, animæ, & corporis: Sed non debet viro Religioso id satis esse: eius enim vocatio obligat etiam, vt ambulet *cum Deo*: non solum quasi famulus, sequens retrò, sed quasi filius, & amicus ad latus eius, generoso animo omnibus contentiens, quæ ille iubet & consalut, iuxta ipsius institutum: vt o possit esse perfectus, sicut pater eius cælestis perfectus est. spiritum suum cum diuino coniungens. Sed vltèrius adhuc pergendum ei est, vt studeat etiam ambulare semper in conspectu Dei, & familiariter cum eo in exercitijs orationis & contemplationis agere. Propterea enim mundum deseruit, & impedimenta dulcis huius consuetudinis. Nam qui illum vocauit, vt in eius conspectu ambularet: in uerit in remouendis eius impedimentis. Quod bonum si consequatur, est procul dubio perfectus: in eo enim quasi compendio continentur omnia media nostræ perfectionis, & eorum efficacitas. Quæ igitur maior felicitas esse potest: quàm ex ore Dei verba illa audire, & ab eo ad res ad eò gloriolam inuitari? Et quæ maior prudentia, quàm statim, atque hanc vocem percipis, facinus hoc egregium aggredi: vt ad eius finem feliciter peruenias? *Quis* (ait Dauid) *ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto eius: innocens manibus & mundo corde: qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Domino salutari suo. Hac est generatio querentium eum, quæ erunt in faciem Dei Iacob.* O anima religiosa, vocata ad ascendendum in excelsum perfectionis Evangelicæ montem, & manendum in domo Dei viui: ama innocentiam vitæ, & cordis puritatem: conteade, ne tua vocatio sit in vanum: Deus enim sua copiosa benedictione, largaque misericordia tibi assistet. Attende: quòd sit ex generatione eorum, qui ex suo instituto querunt Deum: non quomodo cunque, sed faciem eius diuinam, vt semper in eius ambulent præsentia, & cum eodem assistant in hoc sancto monte. Ne à generatione hac ad eò nobilia: generosa degeneres: ne repellat te Deus ab hoc monte, suamque benedictionem subtrahat, & faciem abscondat.

q. I. sa. 40. 31

SED non vacat mysterio, quòd Iaias dixerit: q *Qui sperant in Domino ambulabunt, current & ambulabunt*; DEVS verò Abrahamo non dixerit, *vel aut curre coram me*; sed: *ambula*. Quod videtur minimum eius, quòd poterat commendare. Sed, si hoc reuèrà fuisset minimum, non eum ordinem seruasset Propheta, vt diceret *volant, currunt, & ambulant*; sed *inuersum*: ac dixisset: *qui sperant in Domino ambulant, currunt, & volant*: incepisset enim à minori, vt ascenderet ad maius: siquidem in via cælesti

pro-

progressus fit à minori ad maius; nec fit descensus à maiori ad minus. Quod diligentius inspiciatur horum verborum spiritus; optime capit Isaias Propheta: Iustus enim *volat* cogitationibus, & ratiocinationibus, quæ sunt quasi alæ aquilæ; summaque celestitate ad cælum conscendunt, & in Dei conspectu se constituunt; & ita sensum mysteria cognoscunt eius diuinitatis, & humanitatis sacratissimæ. Deinde *currunt* desiderijs & affectibus, qui sunt quasi veloces cerui pedes: cupientes magno feruore coniungere se cū Deo, Christumque Dominum nostrum sequi. & vltimò tandem *ambulant* per exercitia bonorum operum exequentes quidquid DEVS iubet; & acceptantes quidquid statuit, vt patiantur: & hoc appellatur *ambulare*: semper enim in operibus splendet magis prudentia, sodalitas, & quies: quasi proprio suo passu quis ambulat. Et quoniam ipsa realis operatio supponit cogitationem ac desiderium; ideo illa est perfectior: ac proinde meritò ponitur in vltimo loco. Quare cū DEVS dicit: *ambula coram me*; etiam vult dicere: *vola*, & *curre*: nam cogitationes ac desideria; verba ac opera; & omne genus exercitiorum debent esse coram Deo.

Ad hæc: quamuis Religiosus possit interdum sicut aquila volare vitæ contemplatiuæ actionibus, & sicut ceruus currere in operibus vitæ actiuæ, non sentiens in eis magnum laborem: est tamen præstantius, magisque necessarium, quod Isaias vocat: *ambulare & non deficere*. Nam volatus & cursus breui tempore durat: ambulare tamen passu moderato & conuenienti, potest diutius durare: & quando id fit continuè, & non sistitur: id magni estimatur, & plurimum confert, vt ad itineris terminum perueniatur. Quæ obrem licet Nouitij in suis inijs videantur volare & currere in rebus diuini obsequij, & in sui instituti obseruatione: est tamen magni momenti, ceteris illis gressum præscribere, vt nec tardus sit; nec nimis festinus; sed cunctique viribus proportionatus. In quo possint per totam vitam pergere, ac perdurare: impellendo tamen & nonnunquam se ipsos vrgendo ad aliquem volatum aut cursum celerem relicto ordinario illo gressu, per duodecim aut viginti dies cum maiori aliquo feruore & alacritate, in omnibus orationis ac mortificationis exercitijs, ad nouum spiritum & animum fumentum: quo possit in ordinario gressu perdurare.



Volatus & cursus breui tempore durat,

CAPVT II.

IN SIGNIS MORTIFICATIO, CUI PERFECTIO
Religiosa, & votorum custodia innititur, quas res illa com-
plectatur, & qua rationes ad eam procu-
randam merito promo-
ueant.



a Mat. 16. 24
b Luc. 14.
27, 32.

c 2. Cor. 4. 10

Tract. 4. c
3 & 4.

RELIGIOSÆ perfectionis sectatores per trium voto-
rum obseruationem, incipere debent ab exercitio con-
tinuæ mortificationis, quæ huius ædificij est solidum
fundamentum; & Christus Saluator noster eandem
tanquam vnicam portam construxit; qua in ipseus scho-
lam pateret ingressus; dicens: a si quis vult post me venire,
abneget semetipsum, & tollat crucem suam; & b qui non ha-
sulat crucem suam, & venit post me, & qui non renuntiat
omnibus qua possidet, non potest meus esse discipulus. Hanc mortificationem
pit exercere in gradu heroico, qui constituit ingredi Religionem, renuntia-
do ac relinquendo omnia, vt hactenus diximus in tractatibus præceden-
tibus. Eadem verò mortificatio debet esse socia fidelissima omnium eius o-
perum: quæ vix vel vno passu absque ea progredi possunt. Sine mortificatio-
ne enim non erit custodia votorum; non obseruantia regularum, nec virtu-
tum augmentum, neq; in ministerijs & officijs aderit diligentia. Ac propterea
dicebat Apostolus: c semper mortificationem Iesu, quocunq; eamus, in cor-
pore nostro circumferimus; vt & vita Iesu per eam manifestetur mundo in car-
nibus nostris. Neq; enim potest imitatio Christi absq; mortificatione efful-
gere: & quo gressu mortificatio crescit, imitatio etiam crescit. Simul enim Re-
ligiosus cum veterem hominem, eiusq; viciosos mores exuit; induit nouum
renouando seipsum viua gloriosarum eius virtutum imagine. Et quamuis
omnes Christiani in quocunq; statu sint constituti teneant, integram
ipsorum mortificationem adhibere in rebus omnibus, quæ ingressum in eam
impediunt; & Evangelicæ legis præceptis magnis & paruis aduertant
(quemadmodum in Duce spirituali satis fuse fuit explicatum) in alijs
tamen mortificationibus magnum est inter Sæculares & Religiosos diffe-
rentiam, ad perfectam virtutum sui Saluatoris imitationem obtinendam. Sed
hoc intelligitur melius ex duobus modis quibus imago aliqua aut figura
Christi Domini nostri, aut alterius alicuius Sancti fieri potest in pictura
licet, & sculptura. In pictura enim nihil aufertur, sed apponitur; aut si quis

transferatur, id est, valde modicum; accipitur enim tabula dolata & laevis; in qua fit primùm delineatio, & penicillo postea colores suis locis adhibentur, donec pictura finiatur; & appareat ad viuum imago eius, quem pictor intendit exprimere. At sculptor contra non ponit aliquid, sed aufert ex ligno paulatim assulas, & paruas particulas scalpulo siue cælo tanta industria, ut lentim integram & perfectam effigiem perficiat eiusdem personæ: perfectius exprimens altitudinem & crassitiem, omniumque partium proportionem. Hunc in modum dicere possumus: Iustos sæculares in Christi Domini nostri, eiusque virtutum imitatione progredi: potius tanquam pictores, quam sculptores: neque deserunt vxores, filios, & familias, suasque fortunas, honores, ac dignitates; nec res alias, quas licite possident; & quibus ad vitam suam commodè ducendam opus habent. Solum est supponenda tabula cordis benè dolata, ac laevis per mortificationem, quam dicimus necessariam ad obediendum omnibus diuinis præceptis. Desuper autem expriment imaginem Christi varijs virtutis operibus, quæ ut illi placeant, exercent. Quamuis in aliquibus opus sit, aliquid sibi subtrahere; seque mortificare, sicut Religiosi; qui in imitatione Christi Seruatoris nostri progrediuntur sicut sculptores, abscindendo & renuntiando quicquid in mundo habent; deserendo parentes, & cognatos; & ius, quod habebant, ad accipiendam vxorem, filios procreandos, fortunæ bona, dignitates, rerum temporalium splendores, ac denique propriam libertatem: & hac ratione formant in seipso viam quandam imaginem Christi pauperis, casti, humilis, nudi, & subiecti. Et hac sculpture diuinæ arte progredientur per totam vitam, augentes ac perficientes quotidie magis omnes virtutes, donec ad earum cultum perueniant.

Ex quo fit, ut præcipuum eorum studium in diuina hac arte ad duo quasi capita reuocetur: attendere scilicet omnino exactè ad ea, in quibus necesse est seipsum mortificare: ita ut nihil ipsum prætereant; tantaque fame ac siti huius exercitij teneri: ut statim atque aliquid deprehenderit: non differat id mortificare, & à se euellere d. mortificando (ut Apost. dixit) spiritu sacra carnis. Quamobrem in Cantico dicitur e caput sponsæ esse vt Carmelum, qui mons erat excelsus & sæcundus: ad quem recipiebant se Elias, Eliseus, & Prophetarum filij, hoc est, antiquæ legis Religiosi: & significat scientiam aut firmitatem circumcisionis; estque valde propria figura sacræ Religionis, quæ est schola, in qua eius filij student practicæ scientiæ circumcisionis spiritualis, quam valde firmiter. Huic ergo monti simile dicitur esse caput sponsæ, quod, testatur S. Greg. est suprema pars animæ, in qua est intellectus & voluntas. Spiritus enim cupidus perfectionis diligenter, conatur inuenire, & exactè cognoscere; quomodo, quando, & in quibus rebus carnem suam oporteat circumci-

d. Rom. 8. 13.
Cant. 7. 5.

Mari. Del-
rio citat
multos Pa-
tres.

Ibidem.

cumcidere; & potentias, leniusque suos mortificare. Et, cum hæc circumcisio non coacta sit, sed spontanea: postquam primum fecit, cum mundo renunciauit, suaque vota obtulit: ita dispositus manet, vt satiari non possit circumcisio, quin magis ac magis velit in omnibus rebus necessarij circumcidi, vt ad perfectionem perueniat, ad quam tendit. Nec cessat rationes querere, quæ magis excitent foueantque hanc sitim, sed quod vbi illa debet executio est multo facilior. Sed quoniam hæc scientia, & ars opus habet Magistro docente; & ministris ad praxin ipsam adiuantibus: hoc præcipue spectat ad Prælatos, ac Tyronum Magistros; Confessarios, & Patres spirituales. Qui cum sint capita Religionis, quæ est sponsa Christi, merito esse debent quasi Carmelus; & periti scientiæ circumcisionis valde exactæ, vt mortificatione nouerint, tam quoad seiplos, quam ad Tyrones, quos magis fieri & zelo iuuent: vt bene conscij & periti euadant, & cum magno profectu in eum modum, quem inferius pro omnibus paulatim explicabimus.

§. I. *Quinq; gradus mortificationis in votis.*

INCIPIENTES igitur ab ipsis votis, (de quibus nunc est sermo) eorum adseruanria & custodia, est continua insignis cuiusdam mortificationis propria cuiusque materia exercitatio. Nam perfecta *Paupertas*, cultio non aliud est, quam continua quedam mortificatio, & rerum omnium temporalium nuditas: quia contenta est solo vsu rerum ad vitam sustentandam necessariarum. *Castitatis* obseruatio est perpetua quedam mortificatio omnium voluptatum sensuum; & rerum omnium, quæ ad eas prouocant, & per ipsos sensus aditum inueniunt. *Obedientia* votum est quedam abnegatio sui ipsius, proprij iudicij, & voluntatis propriæ: subiciendo eam voluntati Prælatorum, etiamsi res graues iniungant: in quibus naturalis propensio mortificetur & abnegetur. Ex quibus tribus mortificationis gradibus duo alij oriuntur, qui vota ipsa comitantur. Quorum alter spectat ad humilitatem, quæ pars quedam est paupertatis spiritus & renuntiatio omnium amplitudinum, dignitatum, & honorum mundanorum, quo acceptatur humiliatio, & contemptus, qui coniunctus est nuditati paupertatis, & subiectioni, qua viuuntur ex voluntate aliena. Alter vero spectat ad perpetuitatem in hac vitæ ratione, etiam vbi periculum adfirmitatem & valetudinem amittendi, vsque ad ipsam mortem, coercendo omnem impetum & propensiones exurgentes, quasi optarent solui esse & liberari ab hac votorum obligatione, si fieri posset. Hi sunt quinque mortificationis gradus magis præcipui, & proprij vitæ Religiosæ: carni quidem amara sed spiritui dulces valde, ac vitales. Quorum causa iure optimo vitæ religiosa comparatur excelso monti myrrhæ, in quo sponsum celestis habet

libenter, qui dixit, a *vadam ad montem myrrha*. Erat mons hic multis arboribus situs, de quibus ait Plinius. quod crescerent vsque ad quinque cubitos in altum, & vndique myrrha liquorem stillarent: sed quando aliquo modo pungebantur, copiosius inde liquor flueret. Quid autem aliud est sacra Religio, nisi mons quidam myrrha: cuius filij, tanquam, arbores sunt in ea plantati ex speciali Deivocatione, vt continuè exercitia proferant mortificationis, ipsius status propria in quinque prædictis gradibus? Et quando punguntur & læduntur, proferunt mortificationes feruentiores, ac copiosiores. Nec desunt in ipso monte multi, qui arbores ipsas pungunt; præbentque Religiosis occasionem seipos magis seridè mortificandi. Nam & Demones horrendis suis tentationibus, & sæculares persecutionibus, falsis que blandimentis eos pungunt; prælati dura ac difficilia iniungentes; aut, quæ ipsis valde placent, prohibentes: vt propriam illorum voluntatem fleant; socij etiam pungunt oneribus, quæ portant: necesse est enim alterum alterius onera portare; & molestias mutuas alios ab alijs ferre. Pungit eos denique ipsemet Deus, ascendens ad montem myrrha; nunc ad visitandos & consolandos mortificatos, & afflictos: ne animum abijciant; nunc ad pungendas arbores, nouasque mortificationis occasiones præbens; tū morbis ac doloribus corporis, tum ariditatibus ac desolationibus spiritus. Quibus omnibus puncturis simul, sculpitur in anima perfecta Christi imitatio, perfecta que executio voluntatis Diuinæ, omnium que virtutum excellentia; ac discitur spiritualis circumcisionis scientia, quæ magis perfectorum est propria. Siquidem non vacat mysterio, quod statim atque Deus Abrahamo dixit: *ambula coram me, & esto perfectus*: præcepit, vt *circumcideret seipsum, & omnes suos domesticos*. Quæ circumcisio non erat alicuius partis humani corporis superflua, vt cum vngues, aut capilli absconduntur, cum multum exereuerunt: id quod fit absque dolore; sed facienda erat vulnerando ipsum corpus, & abscindendo aliquam eius partem; quæ superflua non erat, nec sine dolore ac pudore poterat circumcidi. Et nihilominus ipso die, quo Deus id iussit, Abraham est illud executus, in seipso, & in omnibus suis domesticis, Vt hinc discamus; eos, qui verè ambulant coram Deo, volunt que esse perfectos, statim agere debere de circumcisione sui ipsorum, omniumque suarum potentiarum, ac sensuum: non solum quoad superflua, in quibus abscindendis non est magna difficultas: sed etiã quoad ea, quæ corpori & cordi valde adherent: ita vt dolorem & pudorem tollerent, qui in huiusmodi mortificatione percipitur. Nec tamen propterea quasi saturi iam cessare debent; sed tanquam sitientes in eadem per omnes suos gradus pergere; magis que promptitudine offerre sese, ad vitam, si opus erit, in monte myrrha perpendam potius, quam fugere ex inertia aut ignavia. Sed quoniam

a Cant. 4. 6
Lib. 12. c. 14
Duce spiritus
Trañ. 4. c. 9
§. 2.

b Gen. 17. 10
23.

Vide Marti
num Delrio
in c. 4. Can.

ascensus in ipsum montem, & in eo mansio valde est difficilis: voluit Spiritus sanctus duobus illustrissimis exemplis animum nobis addere, quae inuuantur (vt multi graues auctores aduertunt) vocabulo Hebraeo, quo myrrha significatur: scilicet *Mor*, quasi in memoriam nobis reuocet mortem *Moria*: in quo Abraham & Isaac insignes illos mortificationis, & obedientiae actus exercuerunt: offerente se patre ad proprium filium sacrificandum; filio autem, vt à patre sacrificaretur. quamuis ipsum sacrificium non sit subsecutum, eò quòd Deus ipse fuit contentus efficaci mortificatione vtriusque proposito. Ad latas autem eiusdem montis erat mons Caluarie: in quo postea Christus Dominus noster mortificationem & obedientiam suam heroicè magis exercuit; permittens, se re ipsa in cruce sacrificii per manus crudelissimorum carnificum. Intelligat igitur Religiosus: quòd ascendere in montem myrrhae, & agere de mortificatione: sit ascendere in montem *Moria*, in quo offerre debeat vitam suam Deo, cum firmo animo mortificandi ac negandi seipsum in rebus omnibus, quae ipse iusserit, etiam si mors sit inde secutura. Et quemadmodum Isaac seipsum reliquit ac tradidit manibus parentis sui Abraham: ita ipse tradere se debet manibus patris sui spiritualis: vt ipsum mortificet, exerceatque vt viderit ipsi magis impendere ad bonum animae suae; vt in precedenti tractatu diximus. Et quòd subditus sit circumcisionem, & esurit mortificationem, vt sui ita perfectionem assequatur: tenetur Praelatus & Magister huiusmodi voti studia fouere ac iuuare. Essetque crudelitas, (vt dicebat quidam S. Abbas non praebere cibum huic esurienti; & potum sitienti: exponendo illum occasionibus augendi sua merita, & virtutes. Ne vereatur pater obedire Deo, mortificet filium; non enim ille morietur, sed aries. Et subditus ipse morietur in carne quidem mortificatus, sed in spiritu viuus; & cum tanto patre, vt sit risus, lætitia, & corona patris sui, & omnium, qui eiusdem sunt famulorum.

Climacus
gradus 4.

Mortificationis in
signe exem-
pli in Christi
fuit.

cl. Ioan. 19. 28.

SED transeamus iam ab Abrahamo ad illustrius mortificationis exemplum, quod habemus in IESU CHRISTO Domino nostro, Ecclesiae capite: qui tota vita sua fuit mons quidam Carmeli, ab ipsa infantia secens experimentalem spiritualis circumcisionis sententiam, cum vehementi eius siti: donec tandem ascendit ad montem myrrhae, & *Moria*, qui erat Caluarie, ubi ligno crucis clavis confixus fuit, & in quinque corporis partibus grauitè punctus, ex quibus copiosissima mortificationis myrrha effluit: & quinque praedictos gradus cum tanta siti exercuit: vt adhuc mortuus dixerit verbum illud: *c. sito*: non tam significans sitim aquae, quam sitim ac desiderium maioris mortificationis & afflictionis pro nostra ratione. Quod totum direxit ad exemplum quidem omnium Christianorum; sed i. recipiunt Religiosorum. Saeculares enim exemplar suae mortificationis

tionis præcipue accipiunt Christum Dominum nostrum gestantem crucem in humeris suis, ipsi verò cum cruce sua sequuntur, sicut Simeon ille Cirenensis: amplectuntur enim Evangelicam perfectionem, eamque cum amore humeris suis imponunt, mortificantes se in omnibus rebus, ad seruandam eius præcepta necessarijs; & se promptos ostendentes, ad maiorem mortificationem subeundam, si eis iniungatur. At Religiosi pro suo exemplari accipiunt eundem Saluatorem, quatenus cruci affixum; & se ipsos, perfectionis Evangelicæ cruci tribus votorum clavis configunt: obliuiscunt se ad omnem mortificationem eis annexam vsque ad ipsam mortem, si opus fuerit, pro illorum custodia subeundam, dicentes cum Apосто-
lo *Christo confixus sum cruci, & per quem crucifixus sum mundo.*

§. 2. *Varia rationes ad sitim, ac desideria mortificationis excitanda.*

EX IIS quæ dicta sunt deducere licet efficaces aliquas rationes, quibus ad magnam mortificationis sitim, quæ plurimum nostra refert, excitemur & impellamur: ponentes in primo loco primorum nostrorum progenitorum exempla, quæ iam adferebamus: quibus vsus est Iudas Propheta dicens: *Audite me, qui sequimini quod iustum est, & queritis Dominum: attendite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam laci, de qua præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum & ad Saram, quæ peperit vos, quia vnum vocauit eum, & benedixit ei, & multiplicauit eum. Qui sunt (ait S. Hieronymus) qui valde excellenter, quod iustum est, sequuntur, & Dominum, querunt: cum Apostoli, & qui illos imitantur: quales sunt Religiosi? Quorum Professio est, quætere, non quod est delectabile, honorificum; & vtile corpori; sed quod sanctum est, & perfectum; & cum ea intentione, vt quærant & placeant soli Deo. Et quæ (inquit) est petra, & cauerta, vnde omnes procedunt: nisi Christus ipse crucifixus? Ex cuius vulneribus pedum, manuum, & lateris orta est Ecclesia, sicut Eva ex costa Adami. Ac proinde ipsæ quoque Religiones, earumq; familiæ ex eisdem vulneribus prodierunt: quas Propheta exhortatur, vt oculos suos conijciant in primum hunc suam patrem; & suspendas virtutes, quas in cruce exercuit: vt in hoc exemplari modò & rationem videant, quæ, quod iustum est, sequantur, Deumque querant, donec inueniant, etiam si vitam propriam exponere opus sit, ne eius seruitio deiciantur. Ibi scientiam discunt circumcisionis, ac nuditatis, quam docet vnuersum mundum: vt glorientur sicut Apostolus: *h se non scire aliquid, nisi Iesum Christum crucifixum:* imprimentes cordi suo signa eius vulnerum, & operum egregiorum: quæ illustri ad eò mortificatione in exemplum nostrum edidit. Cum igitur Seruatori nostro tanti constiterit, generare nos in esse filiorum suorum: non magis erit, quod nos eum imitemur,*

*d. Gala. 2. 19
& Cap. 5. 14.*

1. Iai. 51. 1.

Ibid.

1. Cor. 2. 2.

patientes tales ærumnas & mortificationes. Ad quod vt efficacius moueat, habet versio LXX. Interpretum: *Attendite in robustum petram, quam excidistis; & in foueam laci, quam fodistis.* quasi dixerit: cogitate, quod vobis ipsi peccatis vestris confixisti & aperuistis manus, pedes & latus vultus Petre: vos causa fuistis eius vulnerum, & vt Diuina hæc arbor pungatur, vt myrrham aded pretiosam proferret. Quare non multum facietis, si vos ipsos mortificetis, & pungi vos patiamini, magna que sit cupiam mortificari: vt quod iustum est sequi possitis.

2.

Gen. 22. 17
d Heb. 4. 11.

ATTENDIT E etiam (ait Isaias) ad Abraham patrem vestrum; qui *num vocauit eum, & benedixit, & multiplicauit eum.* cum enim eum vocauit, vacuus, solus, ac sterilis erat, absque vlla spe procreandi filios: cum autem eum benedixit, *multiplicatum est semen eius sicut stella celi, & velut arena, que est in litore maris* & meruit appellari d *Pater omnium credentium.* Quod si non vultis, quibus vijs eum deduxerim: scitote omnes: fuisse ratæ mortificationis in rebus, quas maxime diligebat, & plurimi faciebat. Et quoniam in obediendo, & se mortificando fuit fidelis, promeruit meam benedictionem & suam multiplicationem. Eandem viam tenuerunt reliqui Patres ante legem; & qui plus in sanctitate profecerunt, fuerunt quoque in mortificatione insigniores. Æquum igitur est, vt qui in lege noua viuimus, viam semper à tanta antiquitate Canonizatam, & in tanto honore habitam: cum Christus Dominus noster non abrogauit, sed potius in suo Evangelio probauit; & suis Apostolis ac discipulis commendauit, qui antiquis Patribus successerunt: adeoque viam mortificationis coluerunt & promouerunt vt Apostolus dixerit: *Puto quod Deus nos Apostolos nonisimas ostenderit*

1. Cor. 4. 9

3.

quæ morti destinati: quorum vita, esset continua quædam mortificatio: quibus quod sint Ecclesie capita, aptè conuenit, esse sicut mons carmeli, lapideus in circumcissione spirituali, & eiusdem valde sitientes; & arbores piæ in cacumine montis myrrhæ prope suum Magistrum, varijs ex partibus præcortos & excorticatos: vt mortificatio esset magis copiosa. Post Apostolos iicere debemus oculos in sacros Religionum Fundatores: qui per viam mortificationis eò peruenerunt, vt capita essent illustriū suarum familiarum.

4.

Magistri scientiæ circumcissionis, quæ profitentur, qui in eis viuunt. Et quicuique eorū aptari potest, quod Propheta dixit, quod *cum esset solus eum, & se, eiq; benedixisset & multiplicasset.* Nam cum S. Benedictus, aut S. Ignatius lus erat ex se quidem sterilis, nihil cogitans, quod posset filios habere: tales, qui ipsum se querentur: tunc inquam speciali vocatione eum vocauit, & quasi lapidem fundamentalem suæ familiæ elegit, calando eum vitijs mortificationum valde amararum & pœnalium. Et hæc via benedixit ei, multiplicans dona cœlestia: fecitque eum patrem innumerabilium

filiorum, in suis oculis paruulorum, sicut arena maris; & splenden-
tum in sanctitate quasi stella caeli. Quibus dicit. *Attendite ad Patrem
vestrum Abraham & ambulate per viam eius;* & mortificationem exercete qua
ille exercuit: ostendentes vos in vestris operibus, filios talis patris: iuxta il-
lud quod Christus Dominus dixit Pharisaeis. *Et si filii Abrahae estis, opera Abra-
hae facite.* Quod si filii estis Sancti Dominici, aut Sancti Francisci, aut Sancti
Agustini: facite Patrum vestrorum opera: vt illi glorientur, vos habere filios;
tamque familiae perpetuo continuari in vobis, cum ingenti gloria.

SUFFICIENTIA sunt exempla, quae insinuauimus: vt ad eorum simi-
litudinem sitis mortificationis excitetur. Si enim virgae decorticatae, quas
pater Iacob aspiciunt positas in canalibus, in quibus greges bibebant: sus-
cipient, vt conciperent agnos virgis ipsis similes, cur non sufficient exem-
pla tot Sanctorum manentium in monte myrrhae, tanquam arbores de-
corticatae, effundentes ex se copiosam mortificationem; vt Religiosi, qui il-
los aspiciunt, concipiant proposita valde efficacia, vt eis fiant similes?

VENIAMVS iam ad alias rationes, quae viros Sanctos, ad hanc sitim sese
mortificandi, impulerunt: quia videlicet studium illud Deo valde placebat;
vnde & illis commendabat, imponens quaedam, quae non poterant absq; in-
signi mortificatione executioni mandari. Cum autem illi Deum valde dili-
gerent; & ique placendi magna siti laborarent, consequenter mortificationis
illam magnam habebant: scientes, illam esse Deo valde gratam: *q fortis enim
est, vt mori dilectio.* Quam fortitudinem ostendit, dum conatur in seipso
conuincere, & extinguere quicquid dilecto suo displicet: vt sic magis ei pla-
ceat.

Huc accedit, quod mortificatio sit vnicum medium sanctitatis, vt dictu
est, obtinendae. Quare si h *Beati sunt, qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam
satiabuntur:* etiam beati erunt, qui eluriant, & sitiunt mortificationem, ta-
quam medium ad iustitiam consequendam valde accommodatum. Et cum
iustitia cuique det, quod debet: quid magis quisque debet, quam seipsum
mortificare? siquidem ob sua peccata meritis est quiduis, etiam amarissi-
mam mortificationem autem, sese ab eis expedit. *i Debitores inquit Apostolus,
non carni, vt secundum carnem vitamur. si enim secundum carnem vixeritis,
moriamini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Ex quo alia effi-
caciore desumitur ratio: mortificatio enim ita est medium ad vitam; vrei-
us tectus sit causa mortis. Qui bene mortificatus est, viuit: quia nihil timer,
nihil ei adfert molestiam: ac de eo intelligitur illud Sapientis: *k Non con-
sultabit iustum, quidquid ei acciderit: mortificatione enim radices euulsit tri-
stiae, propriam scilicet voluntatem & amorem: Et, cum sibi mortuus est,
vni Deo in quo eius vita abscondita est, sum ingenti letitia.* Immortifi-

I Ioan. 1. 39.

Gen. 30. 37.
S. Greg. 21.
Moral. c. 1.

5.

g Cant. 8. 6

8.

h Adat. 5. 6

i Rom. 8. 12

7.

k Pre. 17. 21.

catus autem semper moritur: quia semper est plenus timore, ac dolore. Cumque nunquam desint multi ipsum pungentes: per huiusmodi puncturas non myrrha mortificationis, sed impatientia & rabiei cuiusdam prodir. Quemadmodum improbo illi latroni euenit: qui in Caluario morte erat cum Christo crucifixus: cui crux nihil profuit, eò quod non adiecit ei internam sui ipsius mortificationem. Quod quia bonus latro fecerat: ad eò fuit mortificatione illa expurgatus, vt statim post mortem transiret ex cruce ad paradysum.

8. IBI orauit ille, & fuit exauditus: mortificatio enim orationem reddit dignam, quæ exaudiatur. Nec sine causa in monte MORIA edificatum fuit templum Ierusalem, quæ erat domus orationis: nam cet mortificatum, est templum, ad quod spiritus se recipit, vt sine impedimento oret: & tunc eius oratio ascendit in cælum. Iuxta montem Myrræ etiam I collis thuris: quorum alter transitus est ad alterum. Quare si sitis orare, sitias quoque te ipsum mortificare: ascende anxius ad montem mortificationis, & statim deprehendes te constitutum in colle orationis.

I Can. 4. 6.

9. VALDE quoque iuuat mortificatio bonam Religionis, eiusque Religionis opinionem. Quæ opinio valde læditur ex publico mortificationis defectu: quia prodit vitam imperfectam, sæculari similem. Hoc insinuat scriptura Diuina, cum refert: Deum iussisse Iosue circumcidere filios Israël in ingressu terræ promissionis, postquam enim populus exiuerat ex Aegypto non fuerat circumcisus. Facta autem iuxta verbum Domini circumcissione, dixit ad Iosue: *Hodie abstuli opprobrium Aegypti a vobis.* Erat enim ignominia populi Israël, habere præputia, sicut Aegyptij. Hunc igitur modum ignominia est & pudor Religiosis, ingressis iam in terram promissionis spiritualis, non mortificasse excessus, quos in mundo habebant. Et ita viuere immortificatos, sicut læculares. Quo die autem seridè & eremico se mortificauerunt: abstulerunt à se opprobrium sæculi, & quicquid occasio esse potest contemptus inter homines. Quamobrem omnes illi conditiones, quibus permoti sunt; vt, mundo relicto, Religionem ingrediantur: impelli quoque debent ad seridè incumbendum in sui mortificationem: in qua bonum esse Religionis verè consistit: vt ex ijs, quæ in sequentibus capitibus sensim dicemus apparebit.

m Iosue. 5. 9

(. . .)

CAPVT III.

VOTVM PAUPER TATIS, ET PECVLIARIS eius excellētia
 & vtilitas ad religiosam perfectionem obinē-
 dam.

PRIMUM VOTORVM, quæ præcipua sunt instrumenta & me-
 dia Euangelicæ perfectionis, quam Religiosi quærunt; pri-
 mum, à quo initium faciemus, est votum PAUPER TATIS; quæ
 teste Sancto Thoma, est primum Religionis fundamentum.
 Quemadmodum enim Christiana perfectio innititur tribus Theologicis
 virtutibus, *Fidei, Spei, & Charitati*: Fides autem est primum reliquarum
 fundamentum, à quo incipit ipsa perfectio: quamvis non possit in hac vita
 sine vtraque sorore manere; nam spes comitatur, & charitate, quæ ea-
 rum est Regina, perficitur: Ita perfectio Religiosa tribus votis innititur,
 Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ: quæ tribus his virtutibus respon-
 dent. Et quamvis Obedientia, dignitate alias præcedat, nec possit sine alijs
 virtutibus socijs conseruari: Paupertas tamen ordine est prima, quæ per to-
 tum etiam vitam durare debet, vt perfectio Religiosa conseruetur. Ac pro-
 pterea primum votum, quod in Professione exprimitur, ordinariè est *Paup-
 pertatis*. Quod si rem hanc remotius accipere velimus, in ipso vitæ natura-
 li initio iacit Deus fundamenta paupertatis; & cum eadem imponit ipsi vi-
 tæ finem: vt omnes intelligant, quale futurum sit medium, quod cum
 suo principio & fine concordet. Quemadmodum rem intellexit Sanctus
 Iob, cum repente se ad tantam paupertatem redactum videret, vt nullum
 genus bonorum fortunæ ei remanserit. Memor enim natiuitatis & mortis
 suæ, dixit: *a nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc*. Quali
 fuerit vita mea est quasi iter aut profectio continuata, ab ipsa natiuitate
 usque ad mortem: cum igitur nudus prodierim ex b ventre matris meæ, & nu-
 dus ingressurus sum in ventrem communis matris, sepulchrū scilicet in visceri-
 bus terræ: nihil magni est, si etiam nudus in ipso itinere pergam. Hæc
 ipsa consideratio Iustos permouit, vt bona temporalia contemnerent; &
 obstupescerent, quod aliquos viderent, eis quasi glutino quodam adhæ-
 rentes. Et Ecclesiastes contra quendam diuitiarum cupidum dixit: *si-
 cut egressus est nudus de utero matris suæ, sic reuertetur, & nihil auferet secum de
 labore suo*. Miserrabilis pro suis asfirmis: quomodo venit, sic reuertetur. Et Apo-
 stolus maior adhuc luce illustratus dixit: *d Nihil inuimus in hunc mundum;*
quod nobis maior quod nec auferre quid possumus. Habentes autem alimēta, & quibus

legamur.

2. 1. q. 168. a.

3.

1.

a Iob. 1. 21.

b Eccl. 5. 1.

c Eccl. 5. 14.

d 1. Tim. 6. 7.

Orat. de doro
mī. Orat.
de 40. Mar.

legantur his contentis sumis. Sed multò adhuc magis consideratio oportet
uebit, si eam adhuc altius extollamus, quemadmodum fecit S. Gregorius
Nissenus. Si Deus nudos nos fabricauit in vêtre nostræ matris; & inden-
eduxit nudos ad vitam hanc mortalem ducendam; & ipsemet Deus nudos
nos ex hoc mundo educit, & ponit in ventre matris nostræ, quæ est terra
vbi sunt corpora quasi in semine, vt suo tempore renascantur & relinquantur
ad vitam immortalem, redeunte homine ad ipsummet Deum, à quo exi-
uit. Quid ergo mirum, quòd velit Religiosus Deum honorare, dirigens
vitam suam iuxta initium & finem, quem Deus illi assignauit? Et in ho-
ligosam vitam auspicietur, exuendo se rebus omnibus, emisso voto pau-
pertatis; & pergendo in hac nuditate vsque ad ipsam mortem in qua
coactus eam deseret. Quod si in hac sancta perfecta que nuditate moriamur
proueniet suo tempore corpus resuscitatum: quod se constituet in com-
ctu ipsius Dei Creatoris, vt pretiosa gloriæ suæ veste ipsum induat.

§. 1. Quid egerit Christus Dominus noster in fauorem
Paupertatis.

2.

SE D multò adhuc amplius inducit ad magni faciendam paupertatem
quod ipsemet Deus, cum decreuit fieri homo, voluerit intrare in
dum, & ex eo exire cum hac nuditate & paupertate: sic enim fecit
valde gloriosam: nam ceteri infantes, si nudi nascuntur, id fit ex necessitate
natura: quibus tamen iam natis, parentes, si diuites & potentes sunt, omnia
possibilem procurant commoditatem, in habitatione, pannis, cunis alijsque
ornamentis; & si nudi etiam redeant ad terram: suas tamen diuitias & com-
moditates, dum viuunt, seruant: At magnus Deus noster homo factus, &
esset diues, (vt ait Apostolus) egenus factus est, & sponte sua nudus & in
rio alieno, valdeque incommodo nasci, & vile prælepe pro curis habere
vilibusque pannis regi voluit. Et in fine vitæ, antequam crucem conscen-
det, voluit omnibus suis vestibus exui; & nudus ex hac vita migrare, si
eam fuerat ingressus: idque totum fecit hoc consilio, vt ait S. Cyprianus,
hic esset primus noster Religionis introitus, sicut in mundum primus
Christi ingressus; & cum eadem humilitate & paupertate perseueremus
cut Christus perseuerauit vsque ad finem vitæ.

a: Cor. 8, 9

Serm. de
Natiuit.

3.

b Mat. 5, 10
ss. Amb. in
c. 6. Luc.
Greg. Nis.
Hier. Bed. in
c. 5. Ma. Ba.
fil. Reg. 205.
Ber. serm. de
Fest. omn. S.

HINC quoque prouenit, quòd cum CHRISTVS DOMINVS
ruit os suum, vt Euangelicæ perfectionis vias doceret, inceperit à paupertate,
te, qua ipsam vitam suam inceperat, dicens: b Beati pauperes Spiritu: quoniam
iporum est regnum caelorum. Pauperes Spiritu (vt Sancti Doctores ex-
cant) eos vocat, qui sponte sua eligunt paupertatem, humilitatem
sui abiectionem, quæ illam comitantur. Duo enim esse possunt generi
pauper

pauperum in spiritu: alij in corde solum, & affectu; possidentes interim diuitias cum integra cupiditatis mortificatione, eò quòd non illis adhareat cor, sed liberaliter potiùs eas distribuatur, ubi opus est; & parati sint etis eas renuciare, si Deo placeat. Et hac ratione fuerunt pauperes spiritu Abraham, Iacob, & David: & meritò deberent omnes Christiani diuites tales esse, vt suo loco est dictum. At Christus Dominus noster non hic loquitur de his pauperibus; sed de illis, qui simili voluntari realem & veram paupertatem adiungunt, qualem ipse profitebatur; & mundus non beatitudinem, sed infelicitatem reputabat. Cui vt hanc deceptionem & errorem retegeret, ait: verè pauperes, qui spirituales sint, & cum perfecta charitate, esse beatos, & incipere frui regno cælorum. Intendens hac sententia & promissione, diuites stimulare, vt sponte fierent pauperes, vt hac beatitudine & cælorum regno frui possent: quemadmodum etiam mites & pacificos, beatos esse dixit; vt eos, qui tales non erant, permoueret ad mansuetudinem & pacem procurandam.

Quòd si quis dixerit, paupertatem spiritus in solo affectu, satis esse ad hoc; vt diuites sint perfectissimi, quales fuerunt Abraham, Iacob, ac David: adeoque satis esse, quòd Christus hoc genus paupertatis tantùm commendat & suadet: præcipuè cum insignioris sit virtutis cor habere liberum & impeditum, cum adsunt diuitiæ, quàm dum absumt. Ad quod benè Sanctus Thomas Respondet: quòd est gloriosius, habentem diuitias esse pauperem spiritu; eò esse rarius. Et Ecclesiasticus, qui dixit *beatum esse diuitem, qui inuentus est sine macula: & qui post aurum nõ abiit, nec sperauit in pecunia: in laudis*: Idem statim subiunxit: *quis est hic & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua.* Qua sententia significat, rarissimum esse, quòd quis diues, sit ad eò perfectus: eò quòd diuitiæ magnam præbeant occasionem, trahantque ad se corda cum periculo amittendi regnum cælorum. Et hanc ob causam Christus Dominus noster suadet, vt eis renuntaremus: viam enim paupertatis securiorem esse, & Tantò faciliùs ad cælorum regnum perducere: quantò est faciliùs per angustum foramen acùs transire subtile filum, quàm funem nauticum, aut camelum. Mirum omnino est, ait idem Sanctus quòd d *Samson mandibula asini interfecerit mille viros*, ob singulare fortitudinis donum, quòd illi Deus contulerat: sed quoniam hoc rarissimum est, suademus militibus, etiam fortissimis; vt de armis proportionatis sibi prospiciant, vt contra hostes suos feliciter pugnent: ita igitur valde stupendum est quòd diuites ex singulari Dei favore, quando ille vult, vitia vincant, ac Dæmones, Sed, cum hoc sit rarissimum, suadet Saluator ihs, qui volunt victoriam suam reddere securam vt diuitijs renuntient, easque à se abijciant: vt quemadmodum ait Sanctus

4.

Opus de
perf. vita
spirit. c. 7.
c. Eccl. 31. 8.

d. Iud. 15. 16.

Hom. 12. in
Euan.

e Luc 14. 31

5.

f 2. Cor. 8. 2

Ibi 2. 2.

q. 134. a. 2

Gregorius) nudi cōtra nudos Dæmones pugnet; & si ituri sint, e committent bellu aduersus Regē qui cū viginti milibus venit ad se, renouent on: mibi: quæ p- fident: hæc enim renouatio est virtus & arma potētissimæ, ad eos vincēdos.

Sed his addamus: si præclarum est, cor à diuitijs, quæ possidentur, exuam habere, vt eas distribuatur: multò præclarior esse, ita auullum ab eis habere: simul & semel omnes distribuatur. opere ipso veritatem & perfectionem ostendēs exuri ab eis affectus. Et meritò Apostolus: f *Fideles Macedoniam habent, quod liberaliter distribuere quæ habebant: eò quod cor haberent ab eis expeditum; & cupiditatem bene mortificatam.* Quam mortificationem S. Thoma) vocauit Apostolus *altissimam paupertatem.* Quantò igitur altius cēfenda est paupertas Apostolica, adeò mortificans cupiditatem: vt quæque habet, nihil sibi referuās largiatur pauperibus? si virtus magnificentiæ non excellit ordinariam liberalitatem, quod multatū diuitiarum affectū moueretur; impellat verò ad sumptuosas faciendas expensas: quàm heroica cēfenda est Religiosi magnificentiā, quæ vno actu adeò sumptuoso omnia quæ habet, exponit, traditq; pro Christo: & idem faceret etiam si totius mundi haberet diuitias? Et si magnæ misericordiæ est, pauperibus dare reddere omnes ac fructus agrorum suorum: ipsos tantum retinens fundos, vt plures beat, quod largiatur: quantò erit maior misericordiā dare eisdem etiam solos agros & stabilia bona; seque ipsum ad paupertatē redigere, vt possit pauperes locupletare? Hoc totum est procul dubio adeò difficile ac rorū principuè inter diuites: vt liceat repetere illud Ecclesiastici: *Quis est hic & habebimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua.* Quamuis diuinę vocatiōis gratia viam hanc reddiderit faciliorem: eò quod ipsemet noster Saluator exemplo suo nos præcedat, eam eligens tanquam gloriofiorem ac securiorem præclarissimum promittit præmium, possessionem regni cælestis.

§. 2. *Commoda paupertatis spiritus.*

1. a Ro. 14. 16

Tr. 3. c. 10

ac 14. 6

Tr. 4. c. 9

EX HIS deducere licet excellentias alias & commoda paupertatis spiritus in eo regno contenta, quod Deus illi promittit: cuius possessio incipit in hac vita, finitur verò in altera a *Regnum Dei* in hac vita ad *fructu pax, & gaudium in Spiritu Sancto*, cum centuplo eius, quod relinquere quemadmodum superius fuit explicatum. Sed applicando paupertati quæ speciatim illi competit ex hoc regno cælorum, est aduertendum: Iustitiam quæ pars est huius regni esse duplicem: alteram generalem, quæ impellit fugiendum omne malum; & præstandum quicquid est bonum: ac proinde non est vna virtus, sed omnium coniunctio, quam vocamus sanctitatem, castitatem, & pulchritudinem animæ; alteram specialem, quæ vnicuique tribuit quod suum est: Deo enim dat, quod est Dei; Cæsari, quod est Cæsaris; & proximo, quod est proximi. Vtraque autem hæc iustitia oritur ab heroica pa-

perare, quam dicimus spiritus: tam enim illa quam reliquæ septem beatitudines procedunt (vt ait S. Thomas) ab Spiritus Sancti inspiratione, quæ stimulat ad eas excellenter exercendas. Et hoc modo est veluti fundamentum & radix septem reliquarum. Et (quemadmodum ait Sanctus Ambrosius) est mater & genitrix reliquarum virtutum. Sed quomodo est earum mater? Num quod earum nouercam cupiditatem iugulet? aut quod pecuniâ quæ contrariorum victorum est elca, remoueat? Aut, quod turbationum & auaritarum spinas euellat, quæ sementem diuinarum inspirationum, fructus bonorû operû producentium suffocant? An quod dignus sit, spiritualia bona recipere, qui temporalia contemnit? An, quod imminuendo cupiditatē, Charitas augeatur, quâ reliquæ omnes virtutes comitantur? An, quod illa sit porta, per quâ ipsam Religionē ingredimur, in qua oēs illæ addiscuntur? Hisce sex titulis paupertas est mater, quæ eas gignit; nutrix, quæ fouet; pædagogus, qui a illas gubernat; protectrix, quæ semper defendit; & murus, qui vniuersas illas ambit ac munit. Si Apostolus dicit: *radicem omnium malorû esse cupiditatem*: (vt suo loco explicauimus) cur paupertatē spiritus non vocemus radicem omnium bonorum? nō solū quod abscindat maledictam illam radicem, & innumera mala culpa ac pœna; quæ profert. Sed etiâ quod quemadmodā radicem arborem, eiusq; fructus alit, ac nutrit: ita paupertas spiritus, quæ meritis est ditissima, alit, nutritq; arborem virtutû; & opera, quæ ab eis promanant. Ac propterea Pater noster S. Ignatius commendauit nobis, vt paupertatem tanquam matrem diligereamus. Et idem hortatur S. Bonauentura in suis Meditationibus. Quid autem est illam diligere sicut matrem: nisi in ea dilectione omnes conditiones esse debere, quas perfectus amor boni filij erga bonam suam matrem exigit? Dando operam, vt amor ipse, tener sit, efficac; & qui magni fiat: nec humanum aliquod commodum quærens; ac perseuerans vsq; ad mortem. Tunc autem verus eris pauper spiritu; cum, hoc modo tuus spiritus dilexerit paupertatem; gaudens plurisq; eam faciens quam diuitias omnes terrenas; & in rebus omnibus illam reuera quærens, nō proposito tibi aliquo alio commodo, aut motiuo: quam velle ipsum Dominū imitari qui voluit esse pauper, vt sua paupertate nos locupletaret, sperantes de eius liberalitate, quod quod fuerimus pro eius amore pauperiores in bonis temporalibus; eod faciet nos in spiritualibus ditiores. Ex quo fit, vt quemadmodum mundi huius diuitiæ secum adferunt honorem, & gloriam, saturitatem ac delicias, & facultatem ad omnia illa comparanda, quæ peccatis obediunt: ita, qui amore CHRISTI eas contemnit, comparat sibi diuitias spiritus, cum centaplo maiori gloria, saturitate, delitijs, ac potentia. Orationi enim pauperis qui suam fiduciam in Deo collocauit, obediunt omnia promptius, quam pecuniæ; descenduntque de celo ingentes

1. 2. q. 9. a. 1

L. 3. in Luc.

S. Aug. l. 8. c. 36.

b. 1. Ti. 1. 10. 1. p. 2. tract. 2. c. 9.

Conf. p. 3. c. 1. 5. 21. in Med. c. 44.

c. 2. Cor. 2. 9.

2.

Homil. 47
in Matth. 47

gratia; ac dona ad eius animam exornandam, ac ditandam. o felicem voluntarij pauperis animam! quæ (vt ait S. Chryostomus) elucet sicut aurum splendet sicut gemma; floret sicut rosa; tota pulchra est, elegans & gratiosa.

Non timet Dæmones, quia in ea non inueniunt, unde illam arripiant; contra Deo semper assistit: nunquam enim ei occluditur porta; nec sicut homo viuunt, sed sicut Angeli, non indiget seruis, aut mancipijs: nam eius mancipijs sunt passionibus, & cogitationibus, quæ regnis omnibus dominatur; non habet thesauros terrenos, sed cælestes: ad quos non accedit tinea, nec fur, nec curia huius vitæ sollicitudo. Nec solum tres aut triginta cistas habet, quæ non caperent eius diuitias: sed tantam habet copiam, vt mundum vniuersum nihil faciat: & quicquid in terra est, ipsi sunt ludibria puerorum, & rote puerulæ, quicquid enim tale est, in eius opinione neque esse quidem, multo minus constantiâ, aut pretium, & valorẽ vllum habet. Quod si tibi optio daretur, regna vel principatus terrenos, cum omnibus mundi thesauris ac delitijs; an sanctam paupertatem eligeres: verè tibi dico: quod confestim hanc caperes, si tamen cognouisses eius pulchritudinem. Propterea S. Petrus Apostolus de ea gloriabatur, cum claudio dixit: *d argentum & aurum non est nobis, quod autem habeo, hoc tibi do: in nomine Iesu Christi, surge & ambula*. Quis vellet optet huiusmodi verbum proferre? Contemne igitur aurum & argentum, quod in tua est potestate; & quamuis non possis dicere claudio; surge: tu propterea desines esse beatus, sicut ipse Apostolus: cuius felicitas non in re fuit posita, quod claudos sanauerit; sed quod omnia reliquerit, vt Christus sequeretur. Qui non dixit eis: qui miracula ediderit, centuplũ accipiet, & vitam æternam possidebit, sed: qui omnia reliquerit amore mei: quare imitaretur Sancto Petro similem: hoc enim opus est Apostolicum; in quo debent postolos imitari, vt præmium consequaris illis promissum & oblatum. Quod si Deus liberum tibi faceret, vt fanum posses in aurum conuertere; aurum contemnere sicut fanum; hoc secundum deberes eligere. nam paupertatem inanem te fortè faceret, & cupidum; secundum autem, sanctum redderet gloriosum. Hæc in substantia Sanctus Chryostomus.

3. SED vterius progreditur sancti huius eloquentia in extollenda paupertate, dum respondet obiectioni seculariũ, eandem horrenti, quod eam videant miserijs ac doloribus refertam, ob dolorem rerum temporalium. Quos, vt à tali deceptione educat, paupertatem ipsam comparat e fornace illa Babylonica, in quam coniecti fuerunt tres illi pueri, eò quod illam auream noluerint adorare, quæ idolum significat & cupiditatem dicitur.

d. Ath. 3. 6.

de ea gloriabatur, cum claudio dixit: *d argentum & aurum non est nobis, quod autem habeo, hoc tibi do: in nomine Iesu Christi, surge & ambula*. Quis vellet optet huiusmodi verbum proferre? Contemne igitur aurum & argentum, quod in tua est potestate; & quamuis non possis dicere claudio; surge: tu propterea desines esse beatus, sicut ipse Apostolus: cuius felicitas non in re fuit posita, quod claudos sanauerit; sed quod omnia reliquerit, vt Christus sequeretur. Qui non dixit eis: qui miracula ediderit, centuplũ accipiet, & vitam æternam possidebit, sed: qui omnia reliquerit amore mei: quare imitaretur Sancto Petro similem: hoc enim opus est Apostolicum; in quo debent postolos imitari, vt præmium consequaris illis promissum & oblatum. Quod si Deus liberum tibi faceret, vt fanum posses in aurum conuertere; aurum contemnere sicut fanum; hoc secundum deberes eligere. nam paupertatem inanem te fortè faceret, & cupidum; secundum autem, sanctum redderet gloriosum. Hæc in substantia Sanctus Chryostomus.

3.

S ED vterius progreditur sancti huius eloquentia in extollenda paupertate, dum respondet obiectioni seculariũ, eandem horrenti, quod eam videant miserijs ac doloribus refertam, ob dolorem rerum temporalium. Quos, vt à tali deceptione educat, paupertatem ipsam comparat e fornace illa Babylonica, in quam coniecti fuerunt tres illi pueri, eò quod illam auream noluerint adorare, quæ idolum significat & cupiditatem dicitur. Deueniamus, inquit, ad fornacem paupertatis, & aspiciamus ambulantes in igne cum magna securitate; calcantes ignem, & colla, qui pecunijs confidunt: videbimus rem quandam nouam & stupendam.

e Dan. 3. 20

E. om. 4.
in Matth.
Vide etiam
S. Bonan. in

hominem cantantem in fornace, Deoque gratias agentem in medio ignis
 ligatum, qui in extrema paupertate non cessat à diuinis laudibus: quemad-
 modum tres illi pueri. Porius vincula eius soluantur, & flamma extingui-
 tur; aut si non extinguitur, maiori certè prodigio ignis induit naturam fon-
 tus, & coris officio fungitur: vt apparet in ijs, qui Euangelicam perfectio-
 nem sectantur. Hi enim magis exultant in sua paupertate, quàm diuites in
 suis diuitijs. Quis autem ros iucundior esse potest, quàm tali cupiditate nõ
 comburi? Quemadmodum autem illi pueri, Regis mandatum contemnen-
 tes, fuerunt ipsomet Rege gloriosiores ac celebriores: ita, si tu ex corde
 despicias huius mundi diuitias: eris toto mundo pretiosior, ac celebrior:
 sicut illi sancti, *quibus dignus non erat mundus*. Si itaq; bonis cœlestibus di-
 gnus esse vis: contemnas bona præsentia: sic enim fiet, vt hic magnis virtuti-
 bus splendeas, & postea ingentibus præmijs afficiaris. Hæc S. Chrysosto-
 mus: cuius comparatio valde affinis est sententiæ illi, quam Deus per Isaiam
 populo suo dixit: *Elegi te in camino paupertatis*. Quemadmodum enim ex
 camino ignis prodeunt metalla puriora, & tres pueri prodierunt gloriosio-
 res & splendidiores: ita iusti ex camino paupertatis prodeunt puriores, &
 in virtutibus omnibus splendidiores: & in ipsa miseria ingens sentientes
 gaudium; quia etiam in ipsa recipiunt centuplum.

DENIQUE, qui tantam habet cordis fortitudinem, vt res omnes amore
 Christi contemnat, transcatque per ignem paupertatis, gaudens ex ijs, quæ
 in ea patitur: is aliam magnanimitatem ad eam excelsam consequitur, vt om-
 nibus mudi Monarchis superior euadat. Quam magnanimitatē verbo ex-
 plicauit Apostolus, dicens: *g Nihil habentes & omnia possidentes*. Quæ sententiæ
 etiam repugnare sibi inuicem videantur: quàm tamen prior clara est & aper-
 ta, tam secunda est firma ac certa; ob multos titulos, quibus illa inniitur.
Primus est: eò quòd non iudicet, veras esse terrenas *diuitias*, sed *fallaces &*
mendaces: siquidem eas ita Christus Dominus noster appellauit; vt ad-
 uertit sanctus Gregorius; ideoque generoso corde nõ pluris eas facit, quàm
 cloacæ alicuius sordes, & *istercora*; neque etiam si desint, pauperem se existi-
 mat: modò spirituales habeat diuitias, quæ verè sunt diuitiæ; quarum tan-
 tum possessione, cum omni veritate dicit, se res omnes possidere. *Secundus*
 titulus est, eò quòd, rebus omnibus relictis, idem solatium & animi quie-
 tem sentiat: quam eas possidendo habuisset, in d. centuplo maiorem, vt lu-
 pra fuit dictum. Cum igitur homines non rerum, quas habent, possessione
 contententur; sed voluptate, quæ ex ea possessione afficiuntur: (nam si eas o-
 dissent, statim vellent eas abijcere) planè efficiatur eum omnia possidere, qui
 eadem afficitur oblectatione, quæ ex earum possessione oriretur. *Tertius* ti-
 tulus, & quidem efficacior, est: eò quòd omnia, quæ deserit, inuenit ac pos-

ira de pau-
 perate
 Christi.

Ex Hebr. 11. 38

Ex Isa. 4. 8. 10

4.

Ex 2. Co. 6. 10

Ex Mat. 13. 22

Homil. 5. in
 Euangel.
 i Phil. 4. 8.

In ligno vi-
ta tract. de
pauper. c. 2.
Epist. ad
Pamach. in
Regul. c. de
Paup. lect. 2.
in 1. Cor. c. 6.
Serm. 21. in
Cans.
k Rom. 8. 18.
Clim. grad.
17.

1 Mas. 6. 25.

Apud S. Bo-
nan. tract.
de Pan.
Christi.

m 1. Co. 6. 10.

n Pro. 13. 7.

fidet multò excellentiùs in solo Deo, qui est ipsi omnia in omnibus. Semper
(vt ait S. Laurentius Iustinianus) tuta est paupertas Christiana; quia ei est
concessum, vt in rerum vniuersarum Domino omnes possideat. Christus
(ait S. Hieronymus) est res omnes: ac proinde, qui eas deserit pro Christo,
omnes in eo inuenit. Et sufficienter diues est, qui est cum Christo pauper. Et
S. Thomas ait; qui sunt Christi, res eius pro suis habent: & cum Christo ha-
beat & possideat omnes: idèd & ipsi eas in Christo possidènt. *Quarta* utilitas
est: quòd (vt ait S. Bernardus) res omnes huius mundi ipsi sunt vsui, & ad o-
mnia vtilitatem faciunt, iuxta illud Apostolice: *Diligentibus Deum omnia con-
suntur in bonum.* Homines huius mundi, cum diuitias possident, sunt man-
ciat spiritu pauperes, easdem contemnentur sunt Domini; nec illis deest
quicquam ex necessarijs ad vitam ducendam: ed quòd omnes suas carnis
paternam Dei prouidentiam coniecerint, *Qui* (vt ait S. Chrysost.) in se re-
pit, sternere illis quotidie mēsam, & ex proprijs diuitijs, granarijs, & cellarijs
iustam portionem ad eorum alimentum præscribit. *Respicite* (ait Saluator
noster) *(Volatilia, celi: quoniam non serunt, neq. metunt, neq. congregant in horrea
& Pater vester celestis pascit illa.* Et quæ ista sunt volatilia celi, ait S. Augustinus
pauperes spiritu? qui deponentes graue rerum terrenarum pondus, volant
ad cælestes. Hos alit Deus D. N. non minori cum prouidentia, quam volatilia
campi. Nam quemadmodum agricolæ, qui terram colunt, seminant, &
frumenta colligunt: quamuis præcipuè pro seipsis laborent: etiam volatilia
participant de eorum labore; ita laborum hominum secularium in diuitijs
acquirendis participes fiunt pauperes sine proprio labore: ita disponunt
prouidentia diuina: vt illi sustententur. Nec propterea laboratibus sunt on-
tosi, sed vtilis valde: plura enim illis dant, quam ab eis accipiant, iuxta illud
Apostolice: *m quasi egeutes, multos autem locupletantes: nō solum quòd sperant
les gratiæ ac virtutum diuitias eis communicemus: sed etiam quòd inuitamur
& respectu nostri, & ob temporale bonum, quod nobis impertunt, Deus
illos propter orationes nostras, tum bonis tēporalibus ditat, tum a magno
liberat miserijs. Ex quo apparet, quàm merito dixerit Salomon: n. *Est qui
diues, cum nihil habeat; & est quasi pauper, cum in multis diuitijs sit.* Nam peccator
ctus Religiosus, cū nihil tēporaliū habeat diues est in spiritualibus; & diues
huius sæculi est tanquā pauper: quia nō est suis diuitijs, contentus; neq. vtilitatis
illarum nouit: & maius illi adfert tormentum propria cupiditas eius, quam
ipsi deest; quā solatium & quietem possessio eius, quod habet. Quæ
modum enim felicius est, qui non sitit: etiam si aqua illi desit, quam sitis
picus, qui graui premitur siti, etiam si copiam habeat aquæ: ed quòd non
tietur etiam si plurimum bibat: ita est felicius pauper, nihil desiderans, quam
te plura semper cupiente; cuius cupiditas nunquam satiatur.*

CAPVT IV.

ALIA PRÆMIA ET FAVORES Paupertatis
spiritus.

ALIOS MAGNOS fauores exhibuit Deus D.N. pauperibus spiritus, qui continentur in illa solenni promissione, quam fecit Apostolis suis; respondens ad interrogationem à sancto Petro propositam: Amen (inquit) dico vobis, quod vos, qui secuti estis me in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede Maiestatis sue: sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. In quibus verbis duplicem possumus agnoscere promissionem. quarum altera, & quidem præcipua, implebitur in regeneratione siue renouatione vltima, Resurrectione scilicet generali, cum totus mundus renouabitur, & homines secundæ generatione reuiuifcent. Tunc Christus D.N. sedens in throno Maiestatis suæ, est omnes homines iudicaturus: cum quo, tanquam assessores, Apostoli eum in hoc iudicio comitabuntur: iudicantes (vult S. Hieronymus) Tribus Israël; quæ non crediderunt in Christum, sicut ipsi. Sed hoc (vt S. Chrysostomus perpendit) non solum generali illo modo fiet, quo dixit ipse Christus: b. Viri Niniuia, & Regina Austri surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam exemplo suo: sed modo quodam speciali, valdeque honorifico, qui significatur per sessionem in sedibus, comitantes ipsum Iudicem, vt scribitur in Apocalypsi, tanquam Iudices Assessores. Quod amplius explicat S. Thomas & Richardus de sancto Victore dicentes: eos qui Christo affidebunt facturos tunc aliquem actum spectantem ad iudicium, aut examen hominum, & manifestationem conscientiarum, aut ad sententiæ approbationem; aut aliquo alio modo soli ipsi Domino noto; qui specialem humiliter odi fauorem eis promittit. Sancti tamē Patres communiter asserunt: quoniam Christus Dominus noster promissionem hanc duodecim Apostolis fecerit; eam tamen non solum de illis duodecim esse intelligendam; sed vniuersim de omnibus pauperibus spiritus qui, rebus omnibus renunciantes Evangelicam sectantur perfectionem, Christum sequentes & imitantes, sicut Apostoli fecerunt. Hos omnes, ait S. Augustinus, comprehendi sub illo numero duodenario, qui est numerus perfectionis; quemadmodum nomine duodecim tribuum comprehenduntur vniuersim quicumque sunt iudicandi. Quod etiam confirmat S. Gregorius, distinguens duos ordines peccatorum, & duos iustorum comparituros in iudicio. Nam infideles comparituros non, vt examinentur; sed, vt damnentur, iuxta sententiam Saluatoris

dicentis

a. Mat. 9. 8

Ibid.
Homi. 61 in
Matth.
b. Mat. 12. 4
Apoc. 4. 4
Eccl. 2. 2. 4
In 4. d. 17. 9
1. a. 2. Tra
de iudicial
Potest.
Vide Suarez
Tom. 2. in 1.
p. Disp. 57.
Sect. 4.
Lib. 20. de
Civitate & E
in Psal. 49.
86. S. Bern
in id. Ecce,
nos reliqui
mus omnia
& sequimur in
Psal. Qui
habuit
Lib. 26. mo.
c. 20. & lib.
10. c. 17.
S. Aug. ser.
25. de Sanctis.

b Ioan. 3. 18.

c 2. Sai. 3. 14.
d Job. 36. 6

Supra.

Vide Suarez
supra.Canone 20.
in Matt. b.
S. l. hom. in
Catenis tri-
buit hanc Ex-
positio Imper-
fectio Homil.
33. in Matt.e Mat. 10. 9.
Ibid.

dicentis: b qui non credit in nomine unigeniti Filii Dei, a iudicatus est: satis enim constabit de iusta causa condemnationis: quod non voluerint fidem Evangelicam acceptare. Peccatores autem Christiani comparabantur iuxta legem Christianam, quam sunt professi, examinentur, & quod non seruauerint, condemnentur. Eum in modum quo Reges procedunt contra suos subditos, iudicantes eos secundum leges regni sui: contra suos tamen hostes armis tantum agunt: ut illos tanquam rebelles consumant, ac dependant. Eundem in modum sunt duo genera iustorum: alij qui vitam tantam quandam ordinariam vixerunt, contenti seruare precepta legis Dei, quantum cum aliquibus defectibus: & hi in iudicio examinabuntur, & iuxta sua merita iudicabuntur: alij iusti aded sunt excellentes, ac perfecti: non solum precepta custodiuerint; sed etiam consilia fuerint amplexati, renouantes omnibus rebus, ut Christum perfecte sequerentur. Quorum causa aded erit iustificata, & approbata: ut quamuis sententia sit pro ipsis ferenda, habituri tamen sint honorem Assessorum Iudicum in sedibus suis, cum illud, quod scriptum est: c Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, & principibus eius: d Iudicium pauperibus tribuit. Quare excellentia haec conceditur in modum coronae, siue Laureolae pauperibus spiritus: non quod sola sufficiat, nisi Evangelicam perfectionem praedictam sit associata: sed (ut Thomas ait) quod illa disponat ad hanc perfectionem, & ad iudicium officium, expediens eos a rebus illis, quae iustitiam inflectunt. Si tamen Religiosus aded fuerit ignauus, ut super aded praestans paupertatis fundamentum vitam exstrueret imperfectam, generosa quae sua Professione indignum fruatur eo favore, iuxta sententiam sanctorum, qui eum solis perfectis tribuunt. Quod tamen non dicitur hic ut pusillanimes animum abiciant, sed ad pigros ac tepidos exstimulandos, ne praemijs aded excelsis priventur.

Ex hoc deducere licet alium fauorem, quem Christus Dominus noster exhibet pauperibus spiritus, ipsum in regeneratione sequentibus: quae ut Hilarius ait (est tempus legis nouae, in qua per Baptismum renouantur & regenerantur homines iterum in esse gratiae. Quae lex cepit promulgari quando Christus Dominus noster in caelum ascendit, seditque in sede maiestatis suae, relinquens in terra duodecim suos Apostolos, in sedibus ac cathedris Ecclesiae suae, cum autoritate remittendi peccata; & ut essent iustissimi Praedicatores, & omnium hominum Magistri. Voluit autem, eos esse pauperes spiritu: ed quod paupertas voluntaria & rerum omnium temporalium contemptus, esset admirabilis dispositio ad praedicationem Evangelicam & ad ministeria, quae illa iniungit, cum perfectione obeunda. Quae praedicandum iterum prohibuit e possidere aurum & argentum, ut eorum praedicatio (ut ait S. Hieronymus) non tribueretur cupiditati diuitiarum.

adeo exacta paupertate maior de eorum doctrina opinio conciperetur. Nam (vt Sanctus Chrylostomus perpendit) Apostoli non tam in mundo splenduerunt miraculis & prodigijs editis, quam diuitiarum, & munda-
 eorum honorum contemptu, suisque præclaris virtutibus. Nisi enim his fuissent ornati, etiamsi decem millia mortuorum resuscitassent, iudicati fuissent deceptores, aut Nigromantici; sed propter illas effecerunt, vt ipso-
 rum miracula, vera & stupenda iudicarentur. Nam (vt Sanctus Ambro-
 sius ait) qui ex corde pecuniam contemnit, ploris fit ab hominibus, quàm homo, & quasi res valde rara & preciosa in mundo. Quamobrem ex Dei spi-
 ritu (vt ait Sanctus Bonaventura) Religiones Medicantes, quæ ministerijs
 erga proximos sese addicant, paupertatem spiritus profitentur, vt ea maiori
 puritate & efficacitate præstent. Nam pauperes spiritu si sint Confessa-
 ri, sedentes in sede iudicij (in, perfectè officium iudicum præstabunt; quòd
 sunt Prædicatores, stantes in Cathedra sua, liberius inuehentur in vitia;
 & omnes quærent non propriam suam, sed proximorum utilitatem. Et hac
 ratione opinionem augent suis ministerijs: dum bona temporalia contem-
 nunt, et hic alius est titulus specialis obstringens illos, vt perfecti sint pau-
 peres.

ADDAMVS vltimum fauorem, quo Christus Dominus noster paupe-
 res spiritu prolequitur, præbens eis singulare salutis ipsorum pignus, cum
 eis dicit: quod ipsorum sit regnum cælorum. quo fruuntur in vita æterna. Est e-
 nim factæ Scripturæ phrasus verbis de præsentis affirmare, quæ sunt postea
 ventura, ad promissionis certitudinem ostendendam, dicens: iam esse, quod
 postea est futurum, vt intelligatur tam certò futurum, atque certum esse,
 quòd iam est. Et hanc ob causam quamuis Christus Dominus noster præ-
 mia sua mitibus, lugentibus, & reliquis promiserit per verba de futuro, di-
 cens: Possidebunt terram, consolabuntur: pauperibus tamen spiritu & per-
 fectionem patientibus propter iustitiam, quales sunt Martyres, non dixit:
 ipsorum futurum esse regnum cælorum, sed ipsorum esse: vt certiores es-
 senti de eo obtinendo, ob pignus illud & cautionem, quam illis dabat de eo
 obtinendo si in paupertate illa spiritus perseverarent. Hæc igitur precium
 est, quo cælum comparatur: quia autem precium iam tradidit: sufficientem
 cautionem, certumque pignus habet, fore ipsius, quod emittit: eum venditor
 ipse potens adeo sit, ac bonus. Magna est (ait Sanctus Augustinus) felicitas
 Christianorum, quibus conceditur, vt sua paupertate regnum cælorum sibi
 comparant. Ne tibi displiceat paupertas: nihil enim est illa ditius. Vis nosse,
 quàm illa sit locuples? ea comparatur ipsum cælum. Qui thesauri ad opa-
 rum adeo regnum comparandum sufficerent? qui diues, est, illud non
 obtinet: quia diuitias suas vult possidere: qui tamen illud obtinebit,

5. Tho. 3. pa.
 1. 40. a. 3.
 Hom. 47 in
 Mar. 5. 91.

Lib. de
 off. c. 14.

In Apolo.
 Pauper. se.
 præ.

3.

Serm. 28.
 de verb.
 Apostoli.
 ,,
 ,,
 ,,
 ,,

Tom. 3.

L 11

li cas



si eas abiciat, & contemnat. Hæc sanctus Augustinus.

Serm. in il-
lud Sapien-
tia vincit
malitiam.
f. Indit. 113.

Sed quoniam non est facile, paupertatem spiritus ita conservare, ut copiosus adeo proferat fructus: necesse est, eam meditatione & consideratione omnium, quæ dicta sunt, fouere & alere. Nam (ut sanctus Bernardus ait) qui in agro paupertatis strenuè laborant, duplici irriguo copiam habent, s. superiori, & inferiori, qualia petijt filia Caleb à Parre suo; quæ faciunt duplex genus considerationum, quarum aliæ instituuntur de bonis superioribus spiritualibus & æternis, quibus fruuntur in cælis, vnde descendunt ad ipsos fovendos & animandos in suis laboribus; aliæ verò de bonis inferioribus, quæ dantur tanquam additamenta corpori; vbi erant inferuntur miseria, à quibus per paupertatem spiritus liberantur: quibus divites cupidi subijciuntur; tum in hac vita, tum in futura. Quamvis enim Christus Dominus noster præcipuè exhortatus sit ad paupertatem spiritus, promissione proposita regni cælorum; nō tamen est oblitus addere minorem pœnæ propositis minis in divites, qui habent hic suum solatium. dicit enim: *g. v. vobis divitibus, quia habetis hic consolationem vestram.* Si igitur fictum te videris, utpote in camino paupertatis; sicut Lazarus ille erat, constitutum: dimitte (ait S. Chrysostomus) oculos ad fornacem ignis, in qua epulo ille dives manet: & deprehendes, quantum duo isti camini ab invicem distent. Nam in illo paupertatis est Angelus quidam spargens torrem cælestem, & refrigerantem; in hoc autem divitis, sathanas est ignem ipsum fovens ad maiorem cruciatum inferendum: vbi nec *h. gutta* quidem aqua pro refrigerio datur. Hic vret æternum adorantes statuam, & idolum divitiarum, sicut fuerunt combusti Chaldæi: alter autem caminus purificat pauperes spiritu, nolentes statuam adorare: & ita evadent sicut tres illi petri splendidiore, ad maiorem gloriam, lætitiâ, & æternam quietem consequendam. Irriga igitur frequenter paupertatis agrum duplici hoc irriguo: nunc ascendendo spiritu in cælum, vnde lacrymarum pluviam deduces, desiderio & spe bonorum adeo præstantium, atque pauperibus angelicis conceduntur: nunc descendendo spiritu ad puteum profundum sepulchri & inferni: vnde aquam hauries deuotionis ob conceptam uisum rem malorum adeo terribilium, atque divites cupidi patientur. Et hoc modo contentus & quietus viues in tua felici sorte; & præmia consequeris gratiasque à Domino promissas.

g. Luc. 6. 24

Homil. 4. in
Matth. 6.

h. Luc. 16. 24

Quod si magis adhuc generosè cum Domino nostro agere velis, amplectenda tibi est paupertas Evangelica, sicut Apostoli animo scilicet quædam superiori præmijs & supplicijs omnibus. Prius enim quàm S. Petrus promissa audiuisset, quæ Christus dixerat, loquens ipse omnium Apostolorum nomine, dixit: *i. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quod*

i. Mat. 19. 27

Quis nobis? Non ait: relinquemus omnia, & sequemur te, quid nobis da-
 les, vt id faciamus? Sed ait: iam tuæ vocationi obediimus; & amore tui
 omnia reliquimus teque secuti sumus: quid igitur erit nobis? Vt intelligas:
 præcipua tibi motiua ad paupertatem amplectendam esse debere,
 quod Deus te ad eam vocet: cuius voluntati æquam est, obtemperare; &
 vt tuum sequaris redemptorem, qui illam in vita sua fuit complexus. Pri-
 mum erit tibi quasi irriguum superius: nihil enim est excelsus, neque ma-
 nus cordis solacium adfert; quàm, vt illi placeas, exequi quod ipse iubet &
 inspirat. Siquidem ipsemet Saluator, quæ homo, paupertatem amplexus est,
 quod illa esset æterni sui Patris voluntas: quam in rebus omnibus im-
 pletur. Secundum motiuum erit tibi tanquam irriguum inferius: magna
 cum tua consolatione accipiens, quod Deo homini similis sis & conformis;
 eam sequens, quæ pauper fuit & humilis. Deliciae enim eius sunt esse, & fa-
 miliariter agere cum sibi similibus. Præmissa igitur firma hac animi reso-
 lutione, paupertatem propter hæc duo motiua amplectendi: non tribue-
 rit imperfecti, si dicas: *Quid ergo erit nobis?* Hoc est, Quid reddes nobis
 propter hoc quod facimus; vt sic magis excitemur & animemur ad progre-
 dendum in eo: Quamuis, etiamsi nihil nobis dederis, non desistemus à te
 sequendo, tibi que obediendo, & tua paupertate amplectenda: nam vel hoc
 solum quod in tua simus societate, est summa nostra opulentia: nec propte-
 rea præmium imminuetur, nec centuplum erit minus; sed potius auge-
 berit, ac multiplicabitur. Nam, teste Sancto Bernardo, purus Dei amor non
 est mercenarius; nec tamen sua caret mercede: nam qui absque merce-
 de seruit, dignum se facit, cui reddatur copiosior. Et propterea Salua-
 tor noster præclara ad eum promissa suis Apostolis fecit: quod, antequam
 ipse ea faceret, valde generose reliquerant ipsi omnia pro eius amore. Est
 tamen fidei coniungenda charitas ad eum accensa erga ipsum Deum, vt vel so-
 la sufficiat, ad omnia relinquenda cum summo omnium contemptu. Eum
 in modum quo ignis Spiritus Sancti, qui primorum Christianorum peccato-
 rum repleuit, illos impellebat ad vendendum magno seruire omnia quæ ha-
 bebant, eorumque precium ponendum ad pedes Apostolorum, ad signifi-
 candum (vt ait Sanctus Hieronymus) pecunias esse calcandas & conculcan-
 das. Nam, vt Salomon dixit: *Si dederit homo omnem substantiam domus suæ
 pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.* Ac propterea (vt ait Sanctus Chry-
 sostomus) creuerunt illi ad eum in sanctitate, & progressi sunt ad eum seruien-
 tes, quod statim abiecerint à se onus diuitiarum: vt securius pugnare,
 & celerius currere possent: imitantes Seraphinorum nuditatem;
 qui, quod amore DEI ardeant, non tegunt se rebus externis;

Serm. 83. in
Canticis.

Cantic. 9. 7
Hom. 7. in
Act. Apost.

& velocissimè volant, ad implendum, quod iubet Deus: vt postea videbimus.

Crast. 7. c. 3.

DENIQUE ad omnes excellentias, fauores, & præmia Euangelicæ paupertatis promissa obtinenda: necesse est duo illa inter prælucere, quæ dicit S. Petrus, relinquere scilicet omnia; idque propterea solum, vt Christum sequatur, & imitetur. Nomine autem rerum omnium non ea solum intelliguntur, quas re ipsa quis possidet; siue pauca illæ sint, siue multæ: sed omnes etiam illæ, quas iure aliquo potest in hac vita possidere: nec solum quas possidere potest; sed quod amplius est; etiam quas potest velle aut desiderare in hoc mundo. Et hoc ait Sanctus Augustinus, esse, totum mundum relinquere, omnia regna, & imperia terrena. Totum, inquit, mundum dimittit, qui & illud quod habet; & quod optat habere, dimittit, & ipsum quoque habendi desiderium: renuncians scilicet (vt ait Sanctus Gregorius) rebus omnibus, & ipsismet desiderijs eas habendi, ad perfectius imitandum ipsum Saluatorem, quemadmodum in sequentibus capitibus dicitur.

Epist. 34.

ad Paulin.

Epist. 19. ad

Hilar. q. 4.

Hom. 5 in

Euang.

CAPVT V.

VARIÏ GRADVS PAUPERATIS RELIGIOSA In communis & in particulari; interioris, & exterioris: & cuiusque eorum perfectio.



RELIGIOSA paupertas, primi voti materia, varios habet gradus, iuxta varietatem institutorum; quæ in genere ad duo sunt reduci.

PRIMUM est illarum Religionum, quæ in communi redditus & possessiones habent ad alendos Religiosos, eisque providiendum de rebus corpori necessarijs: vt sic magis attendere possint proprijs, alijsque ministerijs sibi iniunctis; in particulari tamen nullus eorum aliquid proprij habet: ne cura, aut cupiditate huiusmodi rerum implicentur.

ALTERVM est Religionum, quæ nec in communi quidem redditus aut possessiones habent: sed necessitatibus suis prospiciunt mendicando quotidie à pijs Christianis aliqua, quibus sustententur; aut seruantes ex huiusmodi rebus, quæ offeruntur, aliquas ad dierum aliquot sustentationem. Et quamuis locunda hæc paupertas strictior sit ac seuerior, & in genere paupertatis etiam perfectior: non tamen est semper perfectior in ordine ad finem, quem Religio intendit. Nam (vt bene dixit Sanctus Thomas

paupertas

paupertas, non est substantialis perfectio Religionis; sed instrumentum & medium ad eam consequendam. Cùm igitur instrumentum non propter seipsum queratur; sed in finem, in quem dirigitur: non censetur instrumentum esse melius, quod in seipso sit præstantius: sed quod aptius ad propriam finem consequendum. Quemadmodum calter aureus, quamvis in se maioris sit valoris, quam chalibeus: ad finem tamen, in quem calter dirigitur, hoc est, ad sciendum, multò aptior est chalibeus: ideoque hic est auro præferendus. Similiter quia reubarbarum est medium ad sanitatem recuperandam; illa eius quantitas est sumenda, quæ magis est ad propositum finem proportionata. Ex quibus Angelicus Doctor tres modos coligit paupertatis, tribus Religionum generibus accommodatos. Nam quæ ministerium aliquod corporale tanquam finem habent, quale est pugnare contra infideles, peregrinos hospitio excipere; possunt ac merito debent habere in communi abundantiam bonorum temporalium: quibus his obligationibus satisfaciant; Quæ contemplationi & orationi sunt dedicate quales sunt Monachales, expedit moderatas habere possessiones, ne claustrum suam & recollectionem, prætextu sustentationem quaerendi, relaxent ac perturbent; Quæ tamen eum finem respiciunt, vt ministeria spiritualia erga proximos exercent, concionando, docendo, & Confessiones excipiendo, esse debent magis libera & expedita ab omni cura & sollicitudine rerum temporalium: ideoque in communi sectari debent perfectiorem paupertatem, ita vt non habeant redditus aut possessiones: sic enim magis sunt expedita ac libera à cura & sollicitudine eas quaerendi aut conseruandi, quæ solet esse multò maior. Nam, vt ait Sanctus Augustinus, cum certena bona amantur, magis adhaerescit cor ijs, quæ possidemus, quam quæ obtinere desideramus. Nam illa sunt quasi membra corpori coniuncta: hæc verò quasi res aliqua separata. Ideoque non ita grauitè fertur eius uictoria. Sed quoniam magna esset occupatio quotidie mendicare, vt nihil, ab vno die ad alterum seruetur: expedit potius aliqua mobilia ad propriam sustentationem seruare: siquidem debilitas nostra non potest sine huiusmodi subsidijs persistere. Quare, etsi Christus Dominus noster interdum uictor fuerit pauper, vt illud de se dixerit: *filius hominis non habet, ubi caput suum reclinat*; & suis Apostolis: *non uoluit possidere aurum, neque argentum, neque pretium in zonis uestris, nec peram in uia*; & omnes comederint ex eleemosis, quæ à fidelibus dabantur. Scimus tamen (vt Sanctus Augustinus aduertit) *in Indiam habuisse loculos, in quibus ea, quæ mutebantur, portabat, & seruebantur ab vna in alteram diem, d vt emerentur quæ opus illis essent; aut vt regnum aliquid daretur.* Et in prima uia Ecclesia, quamuis fideles e possessiones suas uenderent, earumq; pretium ad pedes Apostolorum ponerent, seruebantur tra-

2. 2. q. 188. a
7.Epi. ad
Paulin. &
Tharasiama Mat. 8. 20
b cap. 10. 9.
Habetur in
c. Exempli.
12. 91.
c Ioan. 12. 6.
Jca. 13. 29.
c Act. 2. 45.
e cap. 4. 34.

men, ac dividebatur singulis, prout cuiusq; opus erat. Et hanc paupertatem seru-
runt in initio Ordines Mendicantes; & nunc aliqui seruant, quales est
Francisci in omnibus suis familijs Obseruantibus; & nostra Societas Iesu
in Domibus Professis, quæ non sunt capaces reddituum neq; possessionu-
que hæreditatum, quæ aliàs pertinerent ad aliquem ex Professis. Quàm
liquæ Religiones, & ipsa Societas in suis collegijs redditus aliquos habet,
vt ab hac cura, sustentationem quaerendi, expediti, melius possint
suis attendere: vt euadant operarij apti saluti proximorum procurandæ.

*Trid. sess. 25
de Regular.
c. 23.*

1.

SED omiſſa paupertate, quæ ad cõmunicatem spectat, veniamus ad par-
ticularem quæ vnumquẽq; Religiosum inuadit ad maiorem suum profectum
perfectionem. Quæ per votum solenne renunciat non solum dominio non-
nium rerum, sed etiam vsui earum, ex proprio iudicio absq; dependentia
Prelato. Quæ etiam (vt ex ijs, quæ superiorib. cap. sunt dicta, constat) duas
partes complectitur; alterã exteriorem, quæ est quasi corpus virtutis; ma-
riorem alterã, quæ quasi eius est spiritus & anima; ac propterea appellatur
paupertas spiritus. Idõõq; duo vitiosa extrema oriri possunt: alterũ Religi-
osorum ita coactorũ, vt nihil haberent, nisi paupertatẽ exteriã; quæ per se
ipsam non est laude digna: vt quæ nõ ametur, sed odio habeatur, & quã
tales Religiosi re ipsa sint pauperes, voluntate tamẽ ac desiderio sunt diu-
implicati affectib. rerum, quas reliquerãt; qui affectus, peiores sunt ipsi-
rundẽ rerum possessione; & quasi cõpedes, quibus dãmõ victos eos tenet
vt superius fuit dictum. Ac proinde procul valdẽ sunt à perfectione, quã
profitentur. Nã (vt benẽ S. Bern. ait) non paupertas, sed eius amor est virtus
nec Christus Dominus beatos pronunciauit pauperes rebus, sed pauperes
spiritu. Nã pauperes rebus temporalibus, sed sine spiritu, sunt tanquam cor-
pus sine anima; q; nutrit vermes murmuratiõũ, & peccatorũ corruptiõũ.

*Tract. 3. c. 5.
Epist. 100.*

f. Prov. 30.

g. Ioan. 12. 6.

de qua dixit Salomõ Deo: *f. mendicitatem ne dederis mihi; ne egestate conu-
surus, & petere nomẽ Dei mei.* Et inter Apost. paupertatis sectatores vnum
damnatus, eò quod illã nõ seruauerit: *erat enim fur & loculos habens in qua
reponebat quod furabatur, quasi odio habens id, quod fuerat professus.*

2.

*Serm. 1. in
Festo omnium
Sanctorum
h. Act. 3. 1.
Serm. de In-
stitut. Mo-
nach. & O-
uar. de hu-
milit. & v-
na gloria.*

SED nec sufficit amare quomodo cunq; externam paupertatem: si enim
amor ille sit carnalis; terrenus, mundanus; non erit illa vera virtus, sed
larua, aut vitium laruatam. Multos Philosophos, ait S. Bern. reliquisse
niam & sponte sua factos esse pauperes; sed non cum vera sanctitate: id est
eos fecisse asserit ob inanem gloriam, vt magnanimi haberentur; aut, vt
naturalium scientiarum studio se dederent, vt sapientes haberentur. Et h. Bern.
nias & Saphira vendiderunt agrum, non ex puro spiritu perfectionis; sed
S. Basíl. notat) spiritu inanis gloriæ, vt perfecti haberentur. Exitus autẽ
bavit, fictum fuisse spiritum: quia *defraudarunt de precio agri.* Et vnicuique
hypo-

hypocrite exteriùs præferentes magnam paupertatem: (quam tamen non amant puro amore & casto, sed adulterino & profano) non sunt beati, sed infelices; quia non sunt pauperes spiritu. i. voluntate spirituali; & intentione ac amore spirituali: ac desiderio gloriæ Dei, & salutis animarum suarum, & proximorum. Hoc est alterum extremum spiritus sc. dans, esse & vitam spirituales paupertati: quo qui deserunt res externas, erunt verè pauperes, non ac beati coram Deo & Angelis eius; sine eo autè erunt pauperes, mortuifere multorum vitiorum ac peccatorum. Nam quemadmodum regnum Dei, quod est Iustitia, Pax, & Gaudium in Spiritu S. comitatur pauperes in spiritu: ita dæmonis regnum, quod est iniustitia, discordia, ac tristitia, quæ mortem operatur; comitatur eos, qui solo corpore sunt pauperes. De quibus dixit Apostolus: *S; distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas: Chorum autem non habuero, nihil mihi prodest ad meritum regni celestis: quia eto tantum pauper corpore absque vita spiritus.*

Se u. ne quis altero extremo decipiatur, quasi cõtentus solo spiritu paupertatis, nihil faciès eius corpus & exteriores affectus: operæ pretiù est admittere, quod quæadmodum anima naturalè habet inclinationè & propensionem, ut corpori suo sit vnita; grauitèrqu; fert ab illo separari; & si separatur, est quasi coacta, retinetqu; propensionem ac desiderium, ad socium suum reuerti. Ita èt qui verum habet spiritum paupertatis habet supernaturalè quandã propensionè, ut paupertatis externæ corpori coniungatur: cuius cù effectus aliquos experitur, est contenta, cùm autè videt sibi aliqua abundare, aut superesse: est quasi coacta, cupiès nihil proprij habere; ut sic dilecto suo magis assimiletur. Quod si huius virtutis sectatores vellent, (ut ait S. Bern.) ita esse pauperes, ut nihil sibi deesset, & ita paupertatem diligant, ut nullum defectum pati velint: non erunt verè pauperes; Et nõ agnolcentes status sui mobilitatem & præstantiam, viuunt pusillanimes ac desolati. Hi sunt sicut Episcopi, qui appellantur Titulares aut Annulares: habentes quidem Episcopalem dignitatem, sed sine cura animarum: & cum onus non portent, etiam redditibus non gaudent. Eundem in modum, licet huiusmodi appellate pauperes de solo titulo, ut qui contenti sint dignitate pauperum Euangelicorum, habentes quidè votum paupertatis: quia ad summum carèt dominio rerum: qui tamen omninò abijciunt onera paupertatis: attèdentes diuerter, ut nihil ipsis ad suum vsum desit, sed potius in tanta copia habeant, ut quasi diuitibus, etiam supersint. Sed quoniam onera recusant, etiã à redditibus & fructibus excludentur: qui sunt diuitiæ regni cælorum Sãctitas, Pax, & Gaudium internum huius regni: quod nõ promittitur pauperibus de solo titulo; sed de vero spiritu, qui onus complectitur sui status, & cum interna paupertate coniungit externam in omnibus, quæ sibi promittuntur.

Ex

S. Bern. sup.

Ex Cass. col. 16. 13.

1. Cor. 13. 3.

3.

Serm. 4. de Adventu.

Ex his deducitur, quod quemadmodum anima propendet ad habendum corpus suum integrum cum omnibus suis partibus magnis ac paruis, ita et nulla ibi desit: ita paupertas spiritus cupit integritatem paupertatis exteri in rebus omnibus, exuens & abiciens omnes, iuxta modum & formam quam cuiusque Religionis institutum exigat, nihil sibi omnino retinens, quod pro suo libitu exponat, iuxta illud Christi Domini: *qui non renunciat omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus; & si vis esse perfectus, omnia quaecumque habes vende.* Memor esto: votum paupertatis esse perfectum quoddam holocaustum, quo offeruntur Deo omnes facultates, nulla facta eorum diuisione, ut superius est dictum. Attende item, nec vngulam quidem tregis debere in Aegypto relinqui: quia, ut iam intellexisti, Deus vult omnia tecum auferas. Denique perfectionis Evangelicae thesaurus non potest comparari minori precio, quam valeat quicquid habes: imò id totum, modicum dedisti, & obtulisti; & tamen nec in thesaurum nec preciosam mercandam, obtinebis.

PERFECTVS Christi seruus (ait S. Hieronymus) nihil possidere debet praeter Christum, quod si quid habeat, non est perfectus: quod si non est perfectus in eo quod intendit, mentitus est Deo, cui promisit se daturam operam, ut intenderet: & nos quod mentitur (ait Sapiens) occidit animam. Sed autem es perfectus: ut quid desideras bona paterna? Audi quid dicat Evangelium: *o nemo potest duobus Dominis seruire. & tu audes facere Christus mendacem, seruens Deo & Mammona? Dominus dicit: si quis vult me sequi post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam; & sequatur me.* Tu autem in foro onustus cogitas, te posse Christum sequi? Hec S. Hieronymus, qui ex hoc saepe confirmat exemplo Ananiae & Saphirae, qui post editum votum paupertatis, retinuerunt sibi mediam partem precij, quo suum agrum vendiderant: ac propterea perierunt.

DENIQUE, ut paupertas sit perfecta, non satis est, quocumque modo renunciare omnibus; sed oportet ea dare pauperibus, modo superius explicato: ut cor ab ijs omnino exutum Deo magis coniungatur, & adhaeratur, pro cuius amore illa tradit; cuius cultui omnia dedicat. Votum paupertatis est sacrificium holocausti, quod totum Deo ita offerebatur, ut nihil eius acciperent homines. Quare qui hoc voto se obstringit, nihil hominibus dare debet nisi titulo solius amoris Dei, quod fit quando datur pauperibus eius locum tenentibus.

(.)

Luc. 14. 33.
Mat. 19. 21.

Tract. 3. c. 5.
Tract. 5. c. 2.

Mat. 13. 44.

Epist. ad Eliodoro.
Sap. 11. 11.

Mat. 6. 24.

Mat. 16. 14.

Epist. 150 ad Aeduinum

Vide Balaam

Lam. 10. 1.

1. 2. de Moysa
1. 6. 2.

ET tolerabilius videtur plus diligere, quod est magis preciosum, nam quod res est vilior, eò est abiectio animi maior, permittere te captivum ab ea teneri, cum imminutione amoris, quem tuo debes Creatori. Et licet diceret, quod S. Dorotheus Dositheo discipulo suo dixit, quem videbat habere affectum ad cultrum, quo scindebat panem: quid potius tibi vis; servare huius cultri, an Christi? huiusmodi enim affectus (ut Sanctus Bonaventura dicit) indicia sunt insignis tepiditatis in amore Christi; exiguntque internam devotionis. Nam quemadmodum æstivo tempore vestes superfluas deponis, contentus aliquam retinere, qua te tegas; & adhuc eam curas non tingi, nec multum corpori adherere; & contra in hÿeme cupis, & plures esse vestes, & bene contrahi: ita indicium est, te frigere in amore Dei terrenis, si nimium rebus terrenis adherere. Si autem Divini amoris igne sis accensus, contentus eris rebus tantum necessarijs, imò & ab his te auelles non affectu tantum, sed verbo etiam & modo loquendi, ut sanctus Basilius suadet: & ita antiqui Monachi servabant, de quibus resert Cassianus: magnæ inter ipsos culpæ tribui, si quis verbo illo *MEVM* uteretur, dicens, meum librum, aut meam vestem. Nam neque lingua proferebant sonum proprietatis, quantum minus eam in corde habere. Et quoniam hoc verbum frige facit charitatem, estque causa discordiæ: volebant illud ab ordinario suo colloquio exulare. Et cum revera omnia essent illius communia, genus quoddam mendacij reputabant uti verbo *MEVM*, quod significat esse loquentis proprium. Ex quo etiam fit, ut eadem modesta ne res ipsæ communitatis sint amandæ, aspiciendo eas (ut ait Sanctus Dorotheus) non animo proprietario, qui cordis pacem nobis auferat, aut in eis procurandis, aut conservandis, & distribuendis aliquam inordinationem inferat; sed animo verè Religioso, tanquam res Deo consecratas: quæ amandæ non sunt, nisi iuxta voluntatem ipsius Domini, cuius illæ sunt. Notamen (ut idem Cassianus dixit) continendæ sunt, aut lacerandæ; sed conservandæ, & conservandæ sicut ipse Dominus, cui illæ sunt consecratæ, dignus est.

Ab hac interiori paupertate rectitudo oritur & ordo exterioris, quæ multos habet gradus: sed præcipui in eo consistunt: ut Religiosus nihil de rebus Communitatis proprio suo arbitratu sibi usurpet; nec ab alio accipiat, nec expendat, aut alienet, aut alicui alteri, quicumque ille sit, tradat, neque apud se retineat, quasi sibi occultè servans: nisi conscijs & approbatus Prælati. Hæc enim omnia rectè tendunt contra ipsum votum, quod Religiosus non solum renunciat proprietati rerum omnium, quas habet in sæculo; sed etiam quas habere poterat; & ita reddit se incapacem ad ipsam habendam tanquam Dominus eius proprietarius: imò etiam ad ipsam dum pro suo libitu. Quando igitur aliquid occultè accipit, ac tegitiam

*Lib de pu-
ritate vita
c. 4.*

*Reg. 37: ex
Fusis.
Lib. 4. c. 19*

Ser. 4. c. 5.

Lib. 4. c. 20.

2.

eius Dominus, & profno libita, eo uti, quare censetur quasi fur: qui v-
 luptat ali- um, sibi que applicat. Ideoque Sancti Patres feuerissime hoc de-
 lectum punierunt: vt si quid pecuniæ inuenirent apud aliquem Monac-
 ham post mortem; non eum cum ceteris sepelirent; sed seorsum in aliquo
 loco abiecto; in quo simul inuentam pecuniam ponebant, dicentes: *Pecunia
 ista: cum sit in perditionem.* Et Sanctus Augustinus noluit cuiusdam pro-
 prietarij hæreditatem pro sua Ecclesia acceptare: ed quod eam reputaret
 non Dei: sed Dæmonis fructum. Hæc item proprietates (vt S. Basilius ait) est
 indicium defectus fiduciæ de providentia Diuina. Propterea enim sibi v-
 luptat, quod non licet neque expedit: quod vereatur sibi defuturum, neq;
 Deum Dominum nostrum, neque Religionem ipsam ipsi prospecturam. Et
 quia incipit esse Deo infidelis ed tandem peruenit, vt fiat proditor; & alter
 iudas efficiatur, qui furabatur ex ijs, quæ ad communitatem Apostolorum
 pertinebant: & tandem proditor factus est Magistri sui, tradens eum pro
 triginta argenteis; ac denique à Collegio ipso Apostolico se segregauit. Re-
 ligiosus itaque Proprietarius Deo est infidelis, & quod in ipso est, destruit
 Communitatem, & diuisionem in ea facit; malo que exemplo suo illam
 scandalizat, ac tandem eam deserit. Vbi enim omnia sunt communia, non
 potest viuere, qui aliquid habet proprij. Idem confirmat Cassianus com-
 parans huiusmodi proprietarium e *Giezi* illi, qui, inscio Elifæo Domino suo
 aliquid accepit à *Naaman*: quamobrem *adhesit ei lepra Naaman.* Lepra e-
 nim secularium cupidorum transit ad Religiosos proprietarios, cum ali-
 quid ab eis occulte accipiunt. Et quemadmodum *Giezi* exclusus fuit à do-
 mo & seruitio Prophetæ: ita hi non possunt in domo Dei & obsequio
 Christi Domini, qui huiusmodi leprosum societatem detestatur, perma-
 nere. Et (vt Sanctus Bernardus ait) à Collegio Apostolico excluditur tan-
 quam reprobis, qui oculos habet, in quibus aliquid vt proprietarius, aut a-
 liquam eius cupiditatem abscondit. Nam etiam sunt oculi propriæ volun-
 tatis in quibus cupiditas latet; sed suo tempore erumpit ex eis lepra; ma-
 num extendendo etiam ad opus. Huic proprietarij affine est, quod quis de
 rebus Communitatis pro suo arbitratu disponat absque consensu Prælato-
 rum siue eas alienet, siue commodet, aut permutet: quicquid enim horum
 faciat, vsurpat dominium, quod non habet; ac disponit de re, quæ non est i-
 pſius; arque si effert; & alienat à se spiritum Religionis, retento sibi externo
 tantum habitu. Nam (vt Sanctus Gregorius ait) qui proprietatem admittit,
 opere ipso protestatur se cor Monachi non habere, nam proprietates illud
 et abſtulit, & absque spiritu reliquit; in cuius locum succedit spiritus huius
 mundi, quem antea reliquerat, & contemplerat. non enim contemnit iam
 mundum, qui querit in Religione aurum.

*S. Hieron. in
 epist. 22. ad
 Eustob. re-
 fert: duos. ca.
 sur.*

*S. Greg. 4.
 Dialog. c. 35
 De commu-
 ni vita Cler-
 icorum. c. 11
 S. Greg. lib.
 10. epist. 22*

*Lib. 7. c. 14
 c. 4. Re. 2. 7*

*In id Ecce,
 nos reliqui-
 mus omnia*

Supra.

3.

Regul. 304.
bracio.
S. Bern. ser.
61. ad soror
in speculo
Monacho.

d Prou. 2. 9

e 1. Co 11. 22

Tract. de
perfect. c. de
Pauperi.

Ex hac interna & externa paupertate, quam diximus, deducunt S. Patres eius zelatores consilium quoddam saluberrimum non recipi a donatis aut munera à cognatis aut amicis, etiam cum superiorum facultate. Etenim hoc non fit contra votum paupertatis: ut plurimum tamen tenet contra eius perfectionem. Nam aut sunt esca & fomentum alicuius proprietatis, aut nimij affectus: eò quòd valde cor huiusmodi rebus vincitur, eoque facile deducitur, ut qui accipit, solus velit eis uti. Et præterea (ut Basilius perpendit) tria alia adfert non exigua incommoda. *Primum*, quòd ferè semper accipiuntur contra ædificationem, & cum detrimento ipsius cõmunitatis: culpa enim vnus facilè in ceteros redundat: quia omnes imitantur cupidi, aut deliciarum amantes, aut imperfecti. *Secundum*, quia etiam vendimus quodam modo nostram libertatem, & superioritatem ad reprehendum, exhortandum, ac docendum eos, qui munera nobis offerunt. Id enim insinat Salomon, cum ait: *d Qui dat munera, animam auferit accipientium.* *Tertium*, quia occasionem præbet imminuendæ vnionis, & pacis inter domesticos, videntes quosdam nimium abundare, alijs verò aliqua deficere, & qui multum habent, videntur e confundere (ut Apostolus dixit) & pudet afficere eos qui non habent: quare hi alijs invidentes, vellent querere a quem qui etiam ipsis daret. vnde queruntur occasiones visitationum, quæ possent facile vitari; & queruntur amicitia noxia, in quibus multum temporis amittitur, spiritus refrigescit, & Castitas interdum amittitur ut in loco est dictum. His addit S. Vincentius Ferrerius: esse magnæ perfectionis non petere talia pro se, neque accipere etiam oblata, ne quidem sub pretextu ea distribuendi in pauperes: titulus enim pietatis erga alios facile conuertitur in proprietatem, aut sensualitatem erga seipsum vertendo in proprium vsum & sensualitatem, quod pro altero acceperat: Nec desunt incommoda implicandi se curis parum ad ipsius rem facientibus, distribuendi in pauperes bona aliena. Reliqui ego (ait S. Hilarion.) quæ habet propria, simul distribuam omnia in elemosinas, ut à curis me liberent, & vis ut hoc onus nunc suscipiam distribuendi aliorum bona? Et quam à cupiditate & sollicitudine caueam, fortè non euitabò suspitionem; quòd si liquid mihi adhærescat: quam expedit præcauere; ut maiori cum puritate possim coram Deo & hominibus viuere.

Ex quibus deduco: duo defectuum genera posse in hac materia occurrere: alios contra votum paupertatis & regulas, in quibus eius materiam primitur; & hi sunt peccata lethalia furti, aut sacrilegi. quamuis, vbi tenetur quæ ut propria vsurpatur, est parua; aut si magna est, id accidit ex inuoluntaria, peccatum sit veniale; modò tamen statim atq; aduertitur, propria auferatur. Sunt tamen huiusmodi leuia peccata, valde periculosa: peccata

enim si iude à paruis furtis coepit; & g mentiri spiritu Sancto etiam in re mo-
 dica, & aliquid illi subtrahere etiam modicum ex eo, quod semel fuerat ob-
 latum: non est parua irreuerentia; nec paruum detrimentum adferunt simi-
 les inobedientia, vt postea videbimus. Alij sunt defectus contra perfectio-
 nem obseruationis voti: qui etsi non sint peccata, quando Regula ad id nõ
 obligat: sunt tamen imperfectiones, quæ valde obscurant spiritum pau-
 peratis, eiusq; excellentiam: ac proinde disponunt ad lapsum in culpas le-
 ues, quæ ad ipsas imperfectiones prope accedunt. Quare qui cupit esse per-
 fectè pauper: meritò illas fugiet. Et necesse est, oculos aperire, vt quis eas
 agnoscat: tegunt se enim sæpe pietatis aut necessitatis titulo: vt apparet in
 exemplis proximè positis. Huius generis sunt quædam res, quæ quod fiant
 cum facultate Prælati, non sunt peccata: habent tamen odorem quendã pro-
 prietatis & superfluitatis: quale esset, pensionem aliquam aut annuos reddi-
 tus per vitam habere, ad subueniendum proprijs necessitatibus. Quod licet
 possit esse expediens pro mulieribus, vt est in vsu apud Moniales non recol-
 lectas, sed quod ipsi conuentus non prospiciant illis de necessarijs: inter Re-
 gulos tamen, qui magnam profitentur obseruationem; & bona vtuntur
 moderatè, non est absque imperfectione; & indicium est animi parum tri-
 buentis Diuinæ providentiæ; & volentis valde securam habere suam com-
 moditatem & nunquam sentiendi effectus paupertatis, imò habere super-
 fluitas, quæ possit alijs dare: & rarò absque proprietario corde possidentur;
 nam si quid Prælati ei subtrahat: conqueritur & indignatur. Quod si id
 fuerit solo titulo nobilitatis aut antiquitatis: timendum esset, ne illis compe-
 tar quod S. Basilius dixit cuidam Senatori, qui ingressus Religionem, refer-
 rante in suam vsu aliquid suarum facultatum: *Et senatorem*, inquit, perdi-
 disti. *Et Monachum non fecisti*: aut certè non agis, nec contendis talis esse cum
 perfectione. Cuius indicium est: quod qui huiusmodi habent redditus,
 quando accedit spiritus ac deuotio: statim sentiunt impulsus aliquos Do-
 mini nostri, vt illos deserant; ipsum quæ cum maiori nuditate sequantur om-
 nem suam fiduciam in eo ponentes. Hanc in modum possunt esse in
 Religionibus imperfectiones aliæ, volentes proprietatem &
 superfluitatem, de quibus in proximo ca-
 pite agetur.



Iohan. 1. 6.
 Gal. 5. 3.

Perfectè
 pauper le-
 uissima fu-
 git.

Cap. 7. c. 19

CAPVT VII.

PERFECTA PAUPER TAS OMNIA SUPERFLVA reiciit, *ut supra*
contenta, quorum defectus etiam tolerat.

Verb. Rel. 6.
 9. 7. dict. 4.
 e. Relatiu. de
 Regulari-
 bus.

a Exo-16, 18

QVI PAUPER TATIS VOTVM cum maiori perfectione cupimus
 obseruare, vltcrius adhuc progredi debent ita, vt non vtantur
 xioribus facultatibus, quas aliqui Prælati concedere solent, ma-
 quioribus præcipue Religiosis. Tantus enim potest esse in his
 cultatibus excessus & relaxatio, (vt bene aduertit Syluester) ut
 Prælati eas concedentes; & subditi eis vtentes graniter peccent ob reuol-
 tionem, quæ hac ratione introducit circa obseruationem voti pauper-
 tis: Aperta enim datur occasio ad vitam seculariter ducendam in ipsa Re-
 gione: quod est contra eius finem & Institutum. Neque excusat delictum
 quoddam bona Religionis sint communia, aut res dentur in elemosinam
 communem omnium vsu: Deus enim Dominus noster, qui liberatim
 prospicit ipsi communitati, non solum de rebus necessarijs, sed etiam
 commodis ad eius leuamen: vult particulares Religiosos ita cum neces-
 rijijs esse contentos, vt superflua non accipiant; & Prælatos ita cuique dant
 quæ sunt ipsis necessaria: vt quæ, præter illa, superfuerint, seruentur aut
 Christi pauperibus. Eum in modum quo Deus dabat populo Israël Manam
 in magna copia in deserto: nolebat tamen, vt yllus plus colligeret, quam
 xta mensuram à Moysè præscriptam (in qua singuli a iuxta id quod dicitur
 terant illa die congregabant, ita vt nec superesset quicquam, nec deesset. Quod
 si quis aliquid vitra colligeret, vt in sequentem diem, in quo etiam mensu-
 ram aliam sufficientem erat collecturus, seruaret: quicquid superfluum collig-
 rat scatebat vermibus, atque computrescebat, in penam cupiditatis & infidelita-
 tis eius. Eum etiam in modum, quamuis Deus abundantem in deserto Re-
 ligious mensuram sternat: vult vnumquemque Religiosum eam mensuram
 tantum rerum ad suum vsu accipere, quam Prælati præscripserit, & ni-
 hil vitra; & hanc mensuram talem esse, vt singulis sufficiat ad vitam com-
 de transigendam. Quare quicquid vitra acceperit, conuertetur in verum
 nec in eius ceder vtilitatem; sed potius in cruciatum ob conscientie tor-
 morsus. Huiusmodi enim excessus ordinariè procedunt ex animo cupido-
 proprietario, & ad suam commoditatem, delicias, auctoritatem, aut vanum
 honorem propenso, cum exigua confidentia de prouidentia Diuina, quæ
 sit ipsis data quotidiana, quantum opus fuerit.

HANC rem clarius explicuit Christus Dominus noster in illis continens

que instruit in deserto, in quibus *h*panit quinque millia hominum quinque pani-
bus & quatuor millia, septem; preter multitudinem mulierum & paruulorum: di-
 tribuens per manus Apostolorum singulis quantum opus fuerat, donec
 consumerentur & ita liberaliter ac profuse, vt altera vice *superfuerint duodecim*
panum fragmentorum pleni; altera vero septem *spora*. Perpendit autem Theodo-
 retus, quod quamuis panis ille fuerit valde dulcis ac lapidus, tantaque esset
 manducantium multitudo: nullus tamen ausus fuerit aliquas reliquias sibi
 accipere, vt domum portaret. Quod insinuauit Christus Dominus noster,
 cum iussit Apostolos, c. *colligere qua supersueant fragmenta, ne pereant*, qua
 tamen non perijissent: si qui manducauerant, ea collegissent, secumque tu-
 lissent. Quod Saluator noster ita constituit, vt in primis significaret: paupe-
 res contentos esse debere ijs, qua gratis ipsis offeruntur; relinquētes quod
 superest Domino suo; nec sibi vsurpantes aliquid eius etiam modicum; De-
 inde, vt Religiosi, quorum sustentatio incumbit ipsi Christo per eorū Præ-
 latis, intelligant; id solum se accipere debere, quod illi dederint: quod erit
 sufficiens ad eorum sustentationem: ac proinde non debere aliquid ex reli-
 quijs accipere: quia illæ nec ipsorum sunt, nec ipsis conceditur, vt eis pro li-
 bitu vtantur. Ad ipsos verò Prælatos spectat, reliquias colligere, ne pereant;
 & seruate distribuendas postea inter ipsos subditos, & alios pauperes. Et
 quemadmodum panes illi, quamuis pauci sufficētes fuerunt ad saturandos
 tot pauperes, propter ipsius Domini benedictionē; & quod ipse iussisset A-
 postolos, eos distribuere: ita debent Religiosi credere, mensuram moderatā,
 quam in Religione habuerint seruantes perfectē votum paupertatis, suffi-
 cientem fore ad ipsorum solatium & saturitatem; quia mittitur cum bene-
 dictione CHRISTI; & eo ordine, quem ipse Prælati constituit. & imple-
 tur, quod scriptum est: *d oculis omnium in te sperant Domine, & tu das escam illo-
 rum in tempore opportuno: aperis tu manū tuam, & implet omne animal benedictione.*

§. 1.

§. 1.
 Sed quoniam huiusmodi res mortales vtiliores sunt, cum in eis descen-
 ditur ad magis particularia: aduertendū est, quod perfecta Religiosa pau-
 pertas quatuor has filias habeat: pauperem *cibum*, pauperē *vestitū*, *lectum*, &
habitationē: ita vt Religiosus in singulis istis quatuor rebus contentus sit, si ha-
 beat quod necessariū est & cōueniens, abijciēs eū omni rigore quicquid su-
 perfluum & nimium est, habita ratione qualitatis ipsius, & modi viuēdi, quē ipsi
 Religio & institutum sectatur, & profiretur. Ad quod plurimum refert, vnū-
 quodque bene cōsciū esse suæ necessitatis: ita vt neq; cupiditas, neq; sensualitas
 eam decipiāt: quia sunt insignes impostrices, finguntque necessitatem, vbi
 nulla est: & hoc titulo tegunt tāquam pallio quodam, quod pertinet potius
 ad indulgendum, & inanem honorem querendum. Quod si quæras qua ra-
 tione

b Mat. 14. 19
 c. 15. 36.
 c Ioan. 6. 11.

d Ps. 144. 15.

4. Filia re-
 ligiosæ
 paupertatis

In matit. c.

44

>>

>>

>>

2. q. 167.

a 6.

Ep. ad Ruff.
*Monachum**2. q. 169.*

a 1.

1.

Reg. 2. ex
*Fufis.**Hom. 40. in*
Euangelia.
*a Act. 12. 21.**Epist. 42.*
*b Ro. 11. 13.**Serm. 2.*
2. 2. q. 187. a.
6.

tione deprehendere possis, quid tibi sit necessarium? Respondet prædicator S. Bonaventura his verbis: Quod magis intimè paupertatem dilexeris: ob exactiùs ac subtiliùs de tua necessitate iudicabis; illud autem necessarium tibi existimabis, sine quo non possis commodè vivere: quod ultra hoc tibi nec habere debes, nec petere, nec procurare; imò nec gratis oblatum accipere. Hæc S. Bonaventura cuius doctrina innititur illi amoris proprietati, quæ dilatat, extenditque terminos ac limites rei dilectæ. Nam quemadmodum amor proprius extendit, extollitque necessitates corporis, ut multa procuret preciosa & iucunda, quibus sibi prospiciat: ita vehemens sanctæ paupertatis amor extendit, quantum licet, eius effectus; & contra imminuit carnis necessitates: ut illa paucis rebus sit contenta. Præterea, si (quemadmodum S. Thomas ad hoc propositum ait) Religio est status penitentiae, & contemptus humanæ gloriæ sectator: cum igitur cuique sit iuxta suum statum viuendum: æquum est, Religiosum propendere semper ad asperitatem & vilitatem in vestitu, lecto habitatione, ac cibo: quam exigit eius professio, quæ est penitentia; & hominis vitam suam contra mundi morem instituentis. Iuxta S. Hieronymi dictum: quod crassæ vestes indicium sunt cordis animi; & vilis tunica, contemptus sæculi: ita tamen ne cor propter caritatem uanescat; neque ipsius conuersatio & sermones contrarium prodant. Hinc ut in quatuor prædictis rebus tres excessus sint præscindendi, ut idem Sanctus, agens de vestibus, dixit.

PRIMVS excessus est rerum, quæ tantum sunt vsui propter externum honorem & pompam: ed quod quaratur inanis quædam ostentatio in excessu & rebus exquisitis pro mensa, aut vestibus, aut pro lecti ornatu, cubiculi habitatione circa sedes, aut scamna, mensas, libros imagines, & similia: in quibus omnibus quaritur, quod est magis spectabile & curiosum. Quod, teste S. Basilio, valde recedit à præcipuo rerum huiusmodi sine scopo; omnes enim illæ quatuor res in eum potissimum tendunt finem, ut vestræ necessitati prospiciant: non verò ut foueant vanitatem. Et ut S. Gregorius ait, nemo preciosas vestes quarit, nisi ob inanem gloriam, ut præ cæteris in honore habeatur: sicut euenit Herodi cuius vanitas in a regis regea regia in causa fuit, cur à *vermibus consumptus miserè expræret*. Et quamvis aliqui (teste S. Bernardo) id exculent sententia illa Apostoli, *b minus est meum honorificabo*, quasi velint munus & officium suum ita honorare reuera tamen larua quædam est, qua volunt non officium sed propriam personam honorare. Verus enim officij honor & æstimatio non in eo consistit, ut in opum habeat comitatum, vestes preciosas, ac domus ornata; sed in optimis moribus, & vitæ sanctitate: nam qui humilis esse cupit merito ostendere debet exteriùs. Nam, ut ait S. Dorotheus, & confirmat S. Thomas

Novi

Nota vestis curiosa & preciosa etiam inaduerter gignit animum quendam vanum, erectum, & arrogansem: contra verò vestis humilis & pauper generat cor contritum & humiliatum. Cum autem libri propterea habeantur, vt vacetur studijs; imagines verò, vt excitent deuotionem: contra finem eorum est, quod Religiosus in eis exornandis ita excedat, vt huic vtilitatem remoueat; & ipse magis vanus euadat, quam sapiens ac deuotus.

SECUNDVS excessus & superfluitas est rerum, quæ oblectationem tantum adferunt carni, dum delicia quæruntur, cum in nimia abundantia rerum comestibilium; aut vestium, lectique molliæ, & superfluis cellæ commoditatibus; eum in modum, quo de diuite Epulone dicitur, quod *cepulatur quotidie splendide, & indueretur purpura & bysso*: subtili enim bysso prodebat suam sensualitatem; preciosa verò purpura etiam vanitatem. Nam (vt Sanctus Bernardus ait) molliia vestimenta, animi molliem indicant. Propterea enim Christus Dominus noster dixit: *Qui mollihus vestiuntur, in domibus Regum esse*. in quorum aulis non solet esse vsui, nisi quod sensualitatem foueat, & vanitatem. At in domo Regis cælestis omnia debent pauperitatem, asperitatem, & humilitatem redolere: vt, qui in ea habitat, contentus sit quod Apostolus faciebat) *si e habeat alimenta, & quibus tegatur*, alimenta scilicet necessaria ad vitam sustentandam; & vestimenta conuenientia, quibus tegatur nuditas corporis, & ab iniurijs temporis defendatur. Ad quod si vestis simplex sufficit: non debet accipi duplicata. Nam CHRISTVS Dominus discipulos suos instruebat, dicens: *ne acciperent peram in via, neque calceamenta, neque virgam*. voluit enim eis dicere: vt omnia superfluis reiectis: contenti essent necessarijs. Ex quo Sanctus Basilius docuit: (& ex eo accepit Cassianus) illam vestem Religioso esse maximè usitandam, quæ omni tempore seruire ei posset hyeme & æstate; die ac nocte; domi & foris; & in omnem finem ad quem illa dirigitur: hoc est, ad nuditatem regendam; ad defendendum à seueritate frigoris, & ad ornatum, personam decentem & conuenientem; ita vt non sapiat vanitatem; sed accommodet sese ad Communitatis consuetudinem in quatuor prædictis rebus: non querendo exceptiones, aut specialia priuilegia, nisi apertæ necessitatis titulo: omnes enim singularitates, quæ necessitati non innituntur, magna adferunt incommoda: vt supra de cibo est dictum. Quo ad cellam autem, felix esse Religiosus, qui tali contentus esset, qualem quædam matrona fieri curauit pro Eliseo Propheta aptans illam iuxta Sancti ipsius Propheta desiderium: *faciamus, inquit, cœnaculum paruum, & ponamus ei in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum*. Illud cœnaculum putabat illa sufficere pro sustentatore paupertatis.

2.

c Luc. 16. 19

Apol. ad Guilhelmum. d. Mat. 31. 8.

c. Tim. 6. 8

f. Mat. 10. 10

Regul. 22. ex Fufis. Libro. 1. c. 3. S. Ber. serm. 3. in can. 1.

g. 2. Reg. 4. 0.

Tom. 3.

Nnn

TER

TERTIVS excessus est in cura, & solitudine acquirendi superflua in rebus prædictis, aut eas conservandi. quæ solitudo ordinariè coniungitur cum ipsis rebus: nec alium usum habet, quàm ut cor torqueat, & cruciet: animæ verò pacem auferat. Quamobrem dixit Christus Dominus noster: *h nolite solliciti esse in crastinum: crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipse: etiam si nihil superflui illi addatur, quod ad hodiernum diem non spectat.* Cum ergo diuina providètia in se recipiat prospicere nobis de vestitura, sic prospicit i *lilis*; nosque quotidie alere, sicut *pascit volatilia cali*; quæ eisdem incredulitas ac diffidentia: ut oneremus nos nimis curis eius, quod eraturum est; cum omne nimium & superfluum conuertendum sit in vermes & cruciatum? quemadmodum de *k manna* dicebamus, quod increduli *diem sequentem servabant*. Denique, cum votum paupertatis edamus, ut ex omnibus terrenas exuamus: contra eius finem erit: si nos oneremus superfluis, & curis quæ cum illis coniunguntur. Quod si paupertas (ait S. Bernardus) ala est ad volandum ad res cœlestes: quid aliud est eam rebus superfluis cum anxia solitudine affigere: nisi tantum luti alæ apponere & alligare: ut non possit cum illa volari? exuas illam itaque ab omni eo, quod superfluum est: ut magna cum celeritate ad locum volet suæ quietis.

§. 2.

SED adhuc Religiosa paupertas debet esse perfectior. nam non solum superflua abijcere, & necessarijs tantum contenta esse debet; sed in ipsismet necessarijs, merito sese adstringet, & contrahet: cupiens, quod non est, aliquem defectum sustinere in quo perfecta paupertas exerceatur. Ad hunc itaque gradum duo spectant: *Primum*, ut necessitatis limites non extendantur, sed coarctentur. Natura enim, quoniam appetit multum, ita persuadet, se multis indigere: cum in rei veritate possit paucioribus aciescere; Estque magna felicitas posse illi paucis satisfacere: siquidem (ut S. Augustinus dixit) feliciores illi sunt; qui sunt etiam fortiores, ad vitam paucioribus transigendam: & qui paucis est contentus, paucis etiam viuere potest. Quamobrem S. Bonaventura dixit: esse quædam horrea cupiditatis & quædam necessitatis: & illa esse valde ampla, nec unquam repleri: nisi cupidos dicere, quod Evangelicus ille diues: *a destrua horrea tua: & misericordiam faciam & illic congregabo omnia mea*; Horrea verò necessitatis, angusta sunt: paucisque replentur. Quare qui cupiditatem suam bene mortificatam habent, paucis admodum saturantur, & contenti viuunt.

ALTERVM quòd ad hunc paupertatis gradum spectat, est cupere defectum aliquem pati etiam in necessarijs, sicut pauperes non raro patimur.

h Mat. 6. 34

i Supr. vers. 29.

k Exo. 16. 20

Serm. 4. de aduers.

In Regula.

Proces. 6. Relig. c. 31.

a Luc. 12. 18.

Non enim bene conueniunt desiderare esse verè pauperem: & cupere semper habere necessaria. Quod pulchrè perpendit Cardinalis Caietanus, id colligens ex eo, quod Salomon à Deo petijt, dicens; *b mendicitatem, & diuitias, ne dederis mihi; tribue tantum victui meo necessaria*, id innuens, quod habere semper necessaria, quãuis non sit opulentia, nõ est tamè paupertas: hæc enim aliquè necessariorum defectum includit: Quare velle pauperem esse oblique aliquo defectu, est, velle esse pauperem solo nomine & titulo, vt supra est dictum. Et hoc modo antiqui sancti fuerunt verè pauperes, qui in quatuor prædictis rebus multa sunt perpeffi: nam, vt ait Apostolus, *c cir,auerunt in melotus, in pellicibus caprinis, egentos, angustiati, & afflicti: in solitudinibus erant, & in speluncis, & cauernis terra: super quam nudam iacebant.* Eadem quoque sustinuit Saluator noster, cui sæpè necessarius cibus deerat, & in ipsa cruce neque haustum aquæ habere potuit, neq; vestem, qua suam nuditatem operiret; nec lectum, vbi caput suum reclinaret, cui etiam deerat, quod vulpes in campis habent, & volucres cœli. Ad cuius imitationem Religiosi, qui gloriantur, & honori sibi tribuunt, quod sint eius discipuli, quætere debent talem paupertatis modum, vt *d in omnibus exhibeant se* (vt ait Apostolus) *sicut Dei ministros in multa patientia, & in fame, & siti, in frigore, & nuditate, vt aduescant nosse, & satiari, & esurire, abundare, & penuriam pati: g rapiam honorum suorum & defectum rerum necessariarum cum gaudio suscipientes,* quando Deus id permiserit: quod nunquam permittes, nisi in maius bonum spirituale ipsorum. Quemadmodum permisit, mendicum Lazarum ad tantam paupertatem deuenire, vt *h cupienti saturari de micis, que cadebant, de mensa diuiti, nemo illi daret:* & cum iaceret ad ianuam, non fuit, qui illum acciperet: quod permisit Deus: vt cum hac adeo fortiter tolerata paupertate talem diuitem faceret multarum virtutum: vt mereretur post mortem *portari ab Angelis in sinum Abraha.* O felicem paupertatem, quæ in tot diuitias transiit! O beatam famem, cuius finis est æterna saturitas! O gloriosam nuditatem, quæ veste inductur gloria! beatum lecti & habitationis defectum, qui inque in Dei sinu remanerabitur, & in æterna Empyreï cœli dõmo excipietur: vbi in finibus fruetur diuitijs in æternum, absque villo timore aliquid eorum amittendi. Iure optimo Sanctus Bernardus perpendit: quod Christus Dominus noster vnum idemque cœlorum regnum promiserit pauperibus spiritu in prima beatitudine; & in octaua, Martyribus, persecutionem propter iustitiam patientibus. nam martyrij, inquit, genus est paupertas voluntaria. Et quodnam grauius est martyrium, quàm famem tolerare inter epulas; & frigus in multis vestibus; & paupertatem in magnis diuitijs, quas mundus offert, Dæmon ostendit, nosterque appetitus desiderat? Sed hoc martyrium coronabitur, & remunerabitur

N n n 2 æterno

In 3. p. 7. 40.
a. 3. ad 1.
b Pro. 30. 8.

Ex S. Bern.
serm. 4. de
Aduent.
c Heb. 11. 37.

d 2. Cor. 6. 7
e e. 11. 27.
f Phil. 4. 12.
g Heb. 10. 34

h Luc. 16. 11

Serm. 1. de o
mniib. S. 11.

æternò regno; ubi, omnibus malis expulsis, bona omnia erunt plena. Ex omnibus dictis concludo: eum, qui velit meritum habere perfectæ paupertatis, paratum esse debere, ad omnes hos defectus, tolerandos, qui eius sunt quasi comites: ac desiderare certis temporibus, eos experiri; aut cum Deo ipse eos ad nostram exercitationem permiserit: aut quando superiores in eos ad nostram vtilitatem dirigunt; aut nos ipsi eos quarimus, aut occurrentes accipimus ad nostram maiorem perfectionem: nunc mendicantes siquam egeni; nunc manibus laborantes ad aliquem victum conquirendum, sicut faciunt indigentes; & faciebat ipse Apostolus, & alij Christi discipuli nunc sese mortificantes: relinquendo aliquid ex rebus corpori necessariis, ut sic spiritus perficiatur: ita tamen, ut natura ex nimietate non lædatur, sed in omnibus seruetur moderatio, quam dicit prudentia. Per hos omnes gradus peruenitur ad perfectam spiritus paupertatem: quæ illorum est propria, qui magno Dei amore ardent, sicut Seraphini: quorum nuditatem postea explicabimus: qui adeo sunt in spiritu, amoris igne inflammati: ut corporis nuditatem non sentiant.

CAPVT VIII.

ALII PAUPER TATIS SPIRITVS ET CORDIS humilitatis gradus magis insignes & heroici, excludentes omne genus proprietatis ac superbia contra perfectionem Religiosam.

QUAMVIS SPIRITVS PAUPER TATIS, de qua hæcenus egimus, valde excellens, primique voti propria materia: adhuc tamen complectitur alios gradus magis heroicæ perfectionis, valde proprios status Religiosi. Quos etiam amplexus est Christus Dominus noster in prima illa Beatitudine, qua dixit: a *Beatis pauperes spiritu; quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Intelligentis per pauperes spiritum (vt Sancti Augustinus & Chrysostomus explicant) humiles corde: qui in oculis suis pauperes sunt, & carent aura illa siue vento, spiritus etiam nomine significato. Quemadmodum enim pauperes temporales vocantur, qui diuitijs temporalibus carent: ita pauperes spirituales dicuntur, qui carent vento superbiæ. Qui duplex est: alter superbiæ carnalis & mundanæ: alter superbiæ spiritualis, & primo aspectu Religiosæ. Quibus nominibus etiam explicant Sancti Gregorius, Dorotheus, & Cassianus: vt fusè dictum in Dico spirituali: quibus nunc addemus, quod spectat ad hoc propositum. Ventus superbiæ carnalis & mundanæ flat per omnes mundi plateas, & omnia hinc

a Matt. 5.3.
Lib. 1. deser.
Domini in
mon. c.
Hom. 13. in
Matt. b.

Li. 34. Mor.
c. 18. serm. 2.
Colla. 5. c. 12
& l. 12. c. 2.

inter omnes seculares & Ecclesiasticos, quos aggreditur appetitu ac desiderio inordinato excellentiæ in rebus temporalibus, quas mundus amat, & magni facit: quales sunt dignitas, nobilitas, dignitates, imperia, & reliqua externa bona, quæ mundus magna iudicat. Ventus quoq; superbiæ spiritualis fit per easdẽ plateas, & penetrat ad occulta Religionũ, aggrediens Religioſos inordinato appetitu excellentiæ, authoritatis vanæ, eruditionis in scientijs & virtutibus: quæ sunt merces, quas ipsi manibus suis tractat, & vertunt. Et quãdo hæc Superbia priori illi mundanæ coniungitur, ad eos impugnãdos: horrendã edit stragem in ijs, qui aditũ ei præbêt, Vbi enim illa pedem ponit, omnem sanctitatem consumit, destruit, & planè peruertit: commutat enim Religionem in ipsum mundum, habitu Religioso indutum; aut Religiosum ipsum educit, vt sese rebus mundi implicet. Præclarè hanc stragem depinxit Propheta Ezechiel his verbis: *c Aquila grandis magnarũ alarum, longo mēbro, rostro dũtu, plena plumis, & varietate, venit ad Libanũ, & tulit medullã Cedri. Sũmmitatem frõdium eius auulsit: & transportauit eam in terram Chanaan, in vrbe negotiatorum posuit illam.* Et quamuis ad literam loquatur Propheta de superbo Nabuchodonosor, qui veniens Ierusalem abduxit ex ea captiuos præcipuos eius habitatores, & transtulit in Babylonem, quam appellat Chanaan. & significat negotiationem, ob frequentia, quæ ibi erãt cõmercia. Sed magna etiã eam proprietate eam sententiã licet accommodare vitio superbiæ, quæ instar aquilæ vult super reliquos volare, summq; nidum in altiori loco, quam alij sint, collocare: imò cupiens ascendere super altitudinem nubium, fieriq; similis ipsi Deo. Duæ execrandæ huius aquilæ alæ sunt duo illa genera vanitatis & iactantiæ, de quibus diximus. Sinistra ala est desiderium honorum & excellentiarum temporalium; dextera verdè est appetitus honorum in dignitatibus & munijs spiritualibus. Vtraque autem ala plumis est repleta cum magna varietate iuxta multitudinem & varietatem rerum, quibus innituntur. Nam (vt S. Gregorius perpendit) alij superbiũt ex veste preciosa; alij ex genere & prosapia, corporisque elegantia; alij ex pulchritudine aut eloquentia; alij ex varijs artibus & scientijs; alij occasionem etiam sumunt ex varijs virtutum exercitijs: & quotquot res magnæ sunt in terra, tot sunt moria, quibus illa excitatur & fouetur. De hac enim fera dicitur: quod *domine sublimè videat.* Et vbicunq; illud videt, statim concupiscit. Et eũm cibus, quem habet in Babylone mundi huius, famem eius non satiet: volat alis suis ad montem Libanum, Rempubicã scilicet Ecclesiasticam, & Sacrã Religionem: quæ est mons propter vitæ celsitudinem, & Libanus, quod significat candidum, propter Castitatem, & puritatẽ, quam sectatur: arbores sunt Cedri ob magnitudinem, pulchritudinem, & stabilitatem bonorum Religiosorum. At superbia, quæ inescatur rebus altis &

Traff. 4. c. 3

c Eze. 17. 3

Lib 34.
mor c. 18.

d Job. 41. 25

Vira religiosa mons est.

preciosis: cum sacrum hunc montem ingreditur, tulit medullam Cedri. Nam si quis Religiosus aditum ei prebeat, etiam si sit altissima cedrus, deuorat eius cor, & omnem internum spiritum, deuotionem, Dei que amorem, quem habebat, illi aufert. Quemadmodum autem arbor, statim atque cor & medulla ei aufertur, arefcit, fructus que & folia decidunt; nec amplius aliquid vsui, nisi igni: ita miser ille, qui superbiam admittit; remanet absque virtute interna, & fructibus operum exteriorum; & folijs verborum sanctorum; loquitur enim & agit iuxta id, quod superbia, in animæ eius viscera ingreſſa, dicitur. Interdum etiam ipsas frondum summities, Religiosos videlicet teneriores auellit, eos que transfere in ciuitatem negotiatorum: quia educit ea Religione, & facit redire ad mundum; aut saltem ad negotia & contractus humanos agendo scilicet de bonis temporalibus, dignitatibus, prælationibus, alijs que rebus amplis, & splendidis: de quibus agunt sæculares transgredientes Ecclesiæ decreta, quibus talia illis prohibentur, deducta ex illa Apostoli sententia: *Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus*: eandem enim Religiosi, solo habitu. Et tunc illis accommodabitur & mandabitur executioni imprecatio illa, quæ dicitur in Iob: *Deuoret pulchritudinem carnis eius, confirmat brachia illius primogenita mors*. Et quæ est (ait S. Gregorius) primogenita mors, nisi superbia, quæ initium est omnium peccatorum, & prima mors culpæ, quæ fuit in hominibus & demonibus: hæc gratiæ pulchritudinem destruit, & virtutes ac fortitudinem ad bona opera præstanda. Quæ si g Nazareos inuadat, etiam si nix sint candidiores, niuidiores lacte rubicandiores ebore antiquo, Saphiro pulchriores: denigrata tamen est super carbones peccatorum, ia vt non sint cogniti in plateis, in quibus prius notissimi erant. Quia nisi superbia, Angelorum pulchritudinem defædauit, & in demones conuertit, & è cælo tanquam fulmina ad infernum deiecit? Quid nisi eadem primorum parentum in statu Innocentiæ pulchritudinem deformauit, & Paradiso expulit? Hæc est, quæ spirituales Religiosorum pulchritudinem deformat, eos que ex ipsa Religione, aut recollectione sua expellit, aut inuictiles & infructuosos viuere facit. Quamuis enim carnalitas etiam solet ingens adferre detrimentum: ordinariè tamen (vt S. Gregorius ait) cum lapsus in luxuriam apparet, prius superbia occultè iam vicerit. Hæc eorum rauit candidæ cedri: ac propterea amisit illa suum candorè: quia Deus eum humiliavit casu aliquo publico, & infamie: quod occultâ admiserit superbiam: h ego, ait Dominus, humiliavi lignum sublime & exaltavi lignum humile. Sic aut lignum viride, & frondere feci lignum aridum. Nulla est in excelsio loco securus: si adsit superbia: Deus. n. superbos humiliat, & potètes eijcit de sede sua. Si exaltatus fueris, vt aquila; & si inter sidera posueris manum tuam: inde deriuabit, dicit Dominus. k Quo pulchrior es, eo amplius descendes dormitig, & peribis cæcis

e Multat: Ne
Cleri. vel
Monach.
e: Tim 2.4
I Job. 18. 13.
Lib. 14. mor.
c. 3.

g Thro. 4.7.

Lib. 16. c. 13

h Eze. 17. 24
Abdia
vers. 4.

k Eze. 32. 19.

circumcisus, hoc est, cum hominibus mundanis. Noli fidere virori & fructibus, quibus nunc es ornatus: si enim super bieris, superbia reddet te aridum sicut aristas: nam de huiusmodi dixit S. Iob: *1 Elenati sunt modicum; & non subsistent; & humiliabuntur sicut omnia, & auferentur; & sicut summitates spicarum conterentur*, quæ sunt aristæ aridæ, & inutiles, postquam ab eis excussum est frumentum. Nec sine magno mysterio, ait S. Gregorius, vltim fuisse sanctum Iob hac similitudine. Nam quemadmodum spica, grana continet vnita & recta: sed ipse aristæ ascendunt solutæ ab inuicem, quamuis omnes in hoc conueniant, vt supra grana erigantur: ita in Religione humiles vniti viuunt, & sibi conformes, te gentes bona sua, vt illa conferuent: at superbi semper à se inuicem sunt diiuncti: & in vna sola re conueniunt, vt studeant alijs præferri, illosque opprimere. Sed veniet tempus, quo grana detegantur & appareant; & sic ponantur in horreis cælestibus: paleæ verò & aristæ a celsitudine abiectæ, esca fiant ignis æterni: nisi rationem vitæ, & agendi modum mutent.

§. 1. *Qua ratione spiritus paupertas hæc vincat superbiam.*

EX HIS possunt Religiosi agnoscere, quàm sit necessarium esse humiles: & quàm meritò Christus Dominus noster tanquam fundamentum perfectionis Euangelicæ iecerit paupertatem spiritus exutam omni vento vanitatis, vtroque scilicet vento superbiæ mundanæ, & spiritualis. Nisi enim eas verè mortificent, & à se abijciant, non obtinebunt Beatitudinem, nec perfectionem sui statûs propriam; nec cælorum regnum ipsis promissum. Quamuis autem vtraque superbia sit valde perniciofa; mundana tamen (vt Sanctus Dorotheus aduertit) est quodam modo perniciosior Religioso, quàm sit spiritualis. Nihil enim noui, quòd quis in a se faciat, multumq; sibi inaniter tribuat in rebus proprijs statûs & officij sui. Nam pictor inaniter gloriatur de sua pictura; fortis de sua fortitudine; sapiens de sua eruditione: & ideo Religiosus, qui spiritualia proficitur, ea que magni facit: non mirum, si quando de his se iactet, & gloriatur.

Et quamuis superbia in rebus spiritualibus sit periculosior: aliunde tamen valde degenerat à statu Religioso, quòd is gloriatur inaniter, & de rebus mundi se iactet. Est enim indicium, quòd adhuc illas amet, & magni faciat: nam si contemneret, aut parui faceret: non quæreret inanem gloriam eis. Ac propterea dixit S. Ioannes Climacus: Huiusmodi superbos Religiosos duplicem ducere vitam: alteram corpore in Religione, dum exterius opera præstant, quæ reliqui faciunt; alteram spiritu in mundo, cogitantes ac desiderantes splendorem, & honorem sæcularem. At verus Religio-

ius

Iob. 24. 24

Lib. 17 mor
66.

Vbi supra.

Cap. 24

us hæc omnia abijcit, suamque vitam exstruit super fundamentum contemptus omnis vanitatis, & honoris mundani.

Reg. 8. ex
Fufis cap. 2.

Serm. 2. de
Cena Dom.

»
»
»

in medit.
1. 44.

Hæc est perfecta rerum omnium renunciatio; inter quas numerat Basilius inanem gloriam & opinionem hominum. Et S. Ioannes Climacus amplius hoc declarans, ait: Religiosum tres renunciaciones facere debere: vnam rerum omnium externarum; alteram propriæ voluntatis; tertiam inanis gloriæ & honoris; contra quam continuè pugnare debet, valde enim dolendum, quod qui in media maris tempestate non perijt; pereat ipso portu; & qui mundum fugit: submergatur postea ex superbia in Religionem. Idem confirmat S. Bernardus dicens: quod paupertatem spiritualement tria constituunt: depositio scilicet rerum, & contemptus; vilitas & abiectio sui ipsius; & abdicatio propriæ voluntatis in omnibus. hæc sunt vera Religionis insignia, quæ hominem Deo, & Angelis reddunt conformem, ea lætis patriæ ciuem conscribunt, & hæredem. Hæc S. Bernardus, qui iure optimo ponit primum quasi gradum paupertatis, non solum depositionem & abiectionem rerum, sed etiam contemptum; hoc enim est veræ humilitatis fundamentum mundanæ superbiæ omnino contrarium, quia sordes & sterces reputat, quod mundus amat & magni facit. Ex quo provenit, vt dedignetur gloriari de rebus huiusmodi: ac propterea nec iactat, nec inanescit exijs, quæ habet, aut habuit in sæculo; nec vult vltimo modo æstimari, aut ex eis laudari. Ex quo fit, vt quamuis in sæculo multo habuerit diuitias, & splendorem, studeat tamen pro viribus, omnia illa occultare: ne paupertas, quam sectatur, ab alijs magni fiat. In quo imitatur inpremam humilitatem Christi Domini nostri, qui (vt S. Bonauen. meditat) etiam si sponte elegerit pauperem matrem, pauperem patriam, & vile officium fabri lignarij, reliquasque paupertatis miseras: ita eas suscepit, vt in minimi iudicio, non videretur paupertas voluntaria, sed necessaria: quæ est reliquorum pauperum huius mundi, qui non habentur in honore propter illam, sed potius parui fiunt, & contemnuntur. Ac propterea ait idem Sanctus, paupertatem Religiosorum nunquam peruenire ad humilem statuatoris nostri paupertatem. Cum enim omnes iudicet, & existiment esse humiles, dissimulatione quadam sancta dant operam, vt alij intelligant ipsos etiam in sæculo fuisse pauperes; aut certe tegunt quod diuites fuerint: vt sic minoris fiant.

QVAM OBREM aliqui Principes, cupientes esse cum magna pietate Religiosi, profecti sunt ad habitum Religiosum induendum in locis, ubi non essent noti: vt hæc ratione amplitudinem suam occultarent, & maiori cum humiliatione viverent. De insigni illo principe Constantino

Li. 2. de ser.
Domin. in
mon. c. 19.
Homil. de
modest. in
dis. habida

Serm. 15. in
Cant.

In vitio Pat.
apud S. Bon.
lib. 1. Phars.
c. 31.
b Luc. 17. 10

Thom. 3. 1.

dixit, non solum in vestibus preciosis; sed etiam in vilibus & sordida potest esse iactantia: est periculiosior, quod occultior; est quod tegatur paucis quodam obsequio Dei. Præterea humilitas (vult S. Gregorius Nazianzenus) rarior est ac difficilior in rebus spiritualibus, quam in temporalibus. Quod satis apparet ex modo pugnandi contra superbias eis contrarias. Superbia enim mundana superatur reiectis diuitijs, bonisque temporalibus, quibus illa gloriatur; aut spreto & pro nihilo habito, tanquam bonis vera inde indignis: quia non faciunt hominem iustum: spiritualis autem superbia non repellitur deferendo aut contemnendo bona spiritualia: quæ potius sunt procuranda & magni faciendaa. Quibus tamen retentis nullus debet propterea inanescere, aut aliquid sibi arrogare, & cupere ab alijs æstimari propter illa laudari; sed potius se ipsum contemnere, atque si illa non haberet. Hoc verò arduum valde (vt dixit S. Bernardus) & rarum est, vt cum reuerentis magnus, magnaq; bona præstes: non tamen magnum te reputet, & quod Sanctitas tua omnibus sit manifesta, tibi autem soli sit ignota: & quod alij te sapientem & sanctum reputent; tu verò te iudices ignorantem, & peccatorem. Ac propterea post primum paupertatis gradum positum, addidit secundum, quem vocat *vilitatem* & *abiectionem sui ipsius*. Ita vt quæ tuis in hominum oculis magnus habeatur, in suis tamen sit paruis; & quæ tuis alij ipsum honore afficiant, ac laudent: ipse honore & laude illa indignum se reputet: nec eius ullam rationem ducat; sed (vt quidam S. Abbatis dixit) habeat se tanquam imaginem aliquam: quæ, etiam si honore afficiatur, non extollitur; nec, si contemnatur, ægre fert, aut tristatur. Denique intelligat (vt S. Isidorus dixit) summam Monachi virtutem esse humilitatem, & vitium summum, superbiam. Quare tunc se monachum reputet, cum omnium minimum se esse existimauerit: etiam si opera faciat præstantiora tuis. Et ita implebit illud Saluatoris: *b Cum feceritis omnia, quæ præcepimus vobis, dicite: serui inutiles sumus: quod debuimus facere fecimus.*

§. 2. Ratio heroicam ad eum humilitatem, & spiritus paupertatem obtinendi

VT QUI S ad excelsam ad eum perfectionem pertingat, & supremam humilitatis, ac paupertatis spiritus culmen obtineat, ex quo tota sanctitas status Religiosi dependet, necesse est, paupertatem & modestam propriam cognitione sua altius penetrare. Hæc enim excellentia non in eo consistit, vt quis se ipsa sit verè pauper; quàm, vt se talem esse agnoscat: ac propterea se ipsum contemnat. Iuxta illud Sancti Bernardi, quæ humilitas sit virtus quædam, quæ homo ex vera sui ipsius cognitione, & abiectione iudicat. Et Jeremia: in spirituali suo alphabeto ita incipit: *vir videns paupertatem meam, non dixit ego vir pauper; sed, qui video &*

nobis ipsis palpo me esse pauperem: ac propterea me ipsum contemno. Hec
 paupertas considerari potest in duplici genere bonorum, supernaturalium
 & naturalium. Prima est magis necessaria: quæ in eo consistit, vt homo
 agnoscat summam miseriam, & nihilum, quod ex seipso habet: qui ita careat
 omnibus huiusmodi bonis; vt nec ex seipso illa habeat, neque obtinere vlla
 modo possit, nisi ex mera gratia & eleemosyna. Sicut homo aliquis pauperri-
 mus, qui nulla bona ex suo patrimonio habeat, nec vires, aut industriam ali-
 quam, ad aliqua bona sibi comparanda, ne quidem linguam, vt ea petat, aut
 mendicet: nisi Deus misericordiâ suâ aliquid ei cõcedat. Minimû enim vitæ
 naturalis est; prima bona cogitatio: de qua dixit Apostolus, tantam esse no-
 tam paupertatem, vt *non simus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex
 nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est: ex nobis autem ipsis aded lumus ignorā-
 tes, vt e quid oremus, sicut oportet, ne sciamus: nisi Spiritus sanctus doceat nos, &
 proleat pro nobis: aded vt, cum sumus pauperes, non sciamus esse mendici, nisi
 opem et Deus nos adiuuet perere tanquam mendicos; vt remedium obtri-
 nemus, & subsidium in nostris necessitatibus. Et vlteriùs adhuc tanta est
 nota paupertas, vt neque eius cognitionem habere possimus: nisi ipsemet
 Deus id concesserit, quod falsus est Sapiens. cum dixit: *scim: quoniam aliter
 non possem esse continens, nisi Deus det: & hoc ipsum erat sapientia. scire cuius esset
 hoc donum; aut vt alius textus habet: hoc ipsum erat summa sapientia: talem
 sciret habere cognitionem. Vocauit autem summam sapientiam; ed quod
 vere talis cognitio principium sit & fundamentum omnium virtutum, &
 continentis ac le curitatis in eis; & omnium incementorum, quæ in hac vita
 usque ad ipsam aternam habentur: in qua eadem cognitio perseverat: omnes
 enim beati, & ipsemet Christus, quæ homo est, agnoscunt se pauperes in hoc
 genere paupertatis: quia vident, ex seipsis se nihil esse. Et hinc prouenit,
 quod huiusmodi pauperes sint perpetui in hac vita mendici, bene consej-
 tati posse viuere, nec durare, nec proficere, nisi mendicent, & petant: & ita
 perfecte explent; quod dixit Christus Dominus: *e oportet semper orare, & non
 desicere. Simul verò & in hac & in altera vita sunt semper gratissimi, non cel-
 antes à diuinis laudibus: & ita soli Deo gloriam de omnibus, quæ habent,
 tribuentes: vt nulla sibi velint, ac propterea horrent laudari, vt solus Deus
 laudet: scientes se ex eius manu accipere quicquid habent; & vt sine eo ni-
 hil habent: ita quod ab eo habent, non possunt sine ipso conseruare. Quam-
 obrem dixit Dauid: *f Pauper & inops laudabant nomen tuum. De quibus ait
 Cassianus, intelligi accommodatissimè, quod dixit Saluator: g Beati paupe-
 ris spiritus: quoniam ipsorum est regnum caelorum. Et quæ maior aut sanctior po-
 test esse paupertas, quam illius, qui nihil se præsidij, nihil virtutum habere
 agnoscens, de aliena largitate quotidianum poscit auxilium; & vitam suam****

b 2. Cor. 3. 5.
c Re. 8. 26

d Sap. 8. 21.

e Luc. 12. 1.

f Psal. 73. 21
g Coll. 10. c 11.
h Mat. 5. 3.



h Psal. 39. 18.

atque substantiam singulis quibusque momentis, divina ope intelligens sustentari, verum se mendicum Domini non immerito profiteretur, suppliciter ad eum quotidie clamans: *h ego autem medicus & pauper sum: Dominus salus est mei.* Hæc Cassianus: qui addit: per hunc paupertatis modum conuenit ad supremum & perfectissimum contemplationis & vnionis cum Deo, & ad culmen omnium virtutum: vt quis maiori cum plenitudine fruatur *regno Dei, quod est iustitia pax & gaudium in Spiritu sancto.* cum enim hæc

i Re. 14. 17.

paupertas exuat hominem seipso, valde bene dispositum illum relinquit, vt copiosiora Dei dona recipiat, & quemadmodum ipsum impellit, ad semper orandum, & gratias agendas: ita valde bene ipsum disponit, ad recipienda continua Domini beneficia: qui liberaliter ea humilibus, & gratum animum ostendentibus, largitur: implens quod per Ezechielem dixerat: *h Ego ex alto lignum humile, & frondere facio lignum aridum.* Quod enim ipse minor se existimat, ac siccior: eod Deus magis illum extollit, & floridum ac iocundum facit.

k Eze. 17. 24.

Q u o d hæcenus diximus de bonis spiritualibus, intelligit etiam de naturalibus. Si enim verè es pauper spiritu, agnosces bona hæc non esse tua, vt qui ex te ipso ad eod sis pauper, vt nec habeas, nec possis quicquam nisi recipias à Deo, ipsius naturæ authore: à quo tuum esse, & conseruari, & quod aliquid possis facere, dependet. Ita vt, si Deus desisteret à tua conseruatione, & auxilio tibi ferendo: mox abires in nihilum; nec posses quicquam. Quæ igitur maior esse potest paupertas, quam carere omni genere bonorum, & ipsorum fundamento, hoc est, ipso Esse? Iure optimo Dominus nostro dixit: *h substantia mea tanquam nihilum ante te.* Substantia licet mea; Esse meum, vita mea, potentia mea, diuitia, regna, & quicquid in hoc mundo possideo, est tanquam nihilum ante te: & quamuis ea conserues, mihi que omnium dominium tradas: semper tamen ego pauper meo: quia absque actuali tuo auxilio non possum illis vt. Ex quo fit, vt quamuis Dominus noster legibus in ipsa natura constitutis, vsum & conseruationem concesserit naturalium horum donorum omnibus hominibus, de beas propterea duplex illud officium prætermittere, mendicandi, & mendicandi, auxilium, & fauorem petens ad eadem naturalia opera in eo gratia præstanda, vt te iuuent ad consequenda bona supernaturalia; & conuenienter eundem laudans pro omnibus, quæ tibi est largitus, & semper largitur: reddens ei gloriam vt nunquam eam tibi attribuas: ne tibi idem obsequat quod alteri illi superbo: *mnunquid gloriabitur securis contra eum, qui sciat eam? Aut exaltabitur ferra, contra eum, a quo trahitur? Quomodo si eleuatur vna arbor, baculus contra eleuantem se.*

l Psal. 38. 6.

m Isa. 10. 15.

S E D quoniam hic modus & gradus paupertatis omnibus hominibus

venis Deum est communis: quamuis paucis notus sit, & pauciores ample-
 ctentur spiritum humilitatis, qui in eo fundatur: alium nunc proponemus,
 alios cum alijs hominibus conferemus. Notum est enim, quod qui in
 pago aliquo ducentos habet annuos ducatos in redditibus, diues sit respectu
 reliquorum paganorum; pauper tamen, si cum aliquo nobili conferatur,
 qui mille aut decem millia singulis annis habeat. Et idem hic, qui diues cen-
 seretur, si cum cæteris ciuibus, pauciora habentibus comparetur; est pauper
 collatus cum Comitibus, aut Ducibus, qui multò ampliores redditus ha-
 bent; & hi iudicant se pauperes, comparati cum Regibus & Imperatori-
 bus. Hunc in modum, ait S. Dorotheus, Sancti, qui possent se diuites existi-
 mare, cum inferioribus alijs collatos: iudicant tamen, se esse pauperes, eò
 quod alios videant sanctiores; & aspicientes n *Gigantes videntur sibi, esse lo-*
cahe. Et cum *Jacob centum & triginta esset annorum dixit, eos fuisse paruos, & ma-*
lissimos ad annos parentum suorum, qui fuerunt multò plures & boni. Nec
 illas est Religiosus, quantumuis feruens; qui non se iudicet tepidum, &
 egnum, si vitam suam conferat cum vita Sanctorum suorum Fundato-
 rum, eorumque priorum sociorum. Et quamuis gratias Deo agat, propter
 bonum, quod habet: viuit tamen in humilitate, propter multa, quæ videt
 sibi deesse; & contendit festinare, vt ea assequatur: nec vnquam satiarur, aut
 sibi satisficit. Cuius contrarium superbi illi faciebant, quibus dixit Apосто-
 lus: *iam saturati estis, iam diuites facti estis: & quidam alius, qui dicebat: q di-*
uites sum, & locupletatus, & nullius ego cui respondit Dominus: Nescis: quia tu es
miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus & nudus? Nam in via cœlesti ille verè
 pauper est, qui superbe se diuitem iudicat; ille autem verè est diues, qui cum
 humilitate pauperem se agnoscit. Nec solum si bona sua conferat cum infi-
 mitis Dei thesauris, cum quibus etiam Sanctorum omnium bona sunt par-
 ua, & quasi nihil; sed etiam, si ea conferat cum diuitijs aliorum Sanctorum,
 siue iam in cælo beatorum, siue multorum qui adhuc viuunt in terra: inter
 quos semper aliquid splendet singulare in singulis, ad quos, dum alij se
 comparant iudicant, se pauperiores, & minores illis esse.

Cum hoc secundo paupertatis gradu coniungitur tertius, quem Ss. Ber-
 nardus & Ioannes Climacus, propriæ voluntatis abnegationem vocant.
 Quæ admodum enim vitium est proprietatis, contra votum paupertatis,
 quod quis sibi soli vsurpet bona, quæ sunt omnibus in illa Religione com-
 munita: ita vitium est proprietatis contra paupertatem spirituales, quod
 quis suæ voluntatis vsum faciat sibi proprium, qui iuxta rectam rationem
 deberet ex Charitate communis esse cum voluntate omnium Fratrum; &
 ex obedientia, cum voluntate Dei, suorum Prælatorum. Quare is perfecte
 pauper spiritu censendus est, qui prauæ hanc proprietati renuntians, statuit

Serm. 2.

n Num. 13. 34
o Gen. 47 9p 1. Cor. 4. 8
q Apo. 3. 17

Tract. 25. in
Ioa.
p Ioa. 6. 38.
Lib. de simi-
litud. c. 6.

nihil in posterum velle contravoluntatem proximorum in casibus, in quibus Charitas iubet sese illis conformare; nec contra voluntatem Prælatorum, quibus se per votum obedientiæ obstrinxit: & viuertim, nihil velle quod non sit Dei voluntati conforme: ita ut nãquam voluntas sit ipsius solius propria, sed ipsius & Dei, sed ita, ut suam, Dei voluntati conformet. Et hæc altissima est humilitas quam Sanctus Augustinus ait Christum Dominum nostrum manifestasse, cum dixit: *p Descendit de celo, non ut faciam voluntatem meam; sed voluntatem eius, qui misit me.* Nam superbia (inquit) semper facit propriam voluntatem; humilitas autem semper se subijcit voluntati Dei. Et Sanctus Anselmus ait: in solo Deo; qui est absolutus rerum omnium Dominus, & summè sanctus, voluntas propria est bona & sancta; non enim ipse tenetur aliorum voluntati sese accommodare: quia potius ipse est prima Regula, cui omnium voluntates se debeant conformare; & que ab eis recedunt, sunt propriæ, & superbæ, arrogantes sibi rationem regulæ ipsarum; & absolutum actionum suarum dominium. Verus autem humilis & pauper spiritu horret similem proprietatem suæ voluntatis; illamque potius facit communem cum Dei, eiusque ministrorum voluntate. Et tunc est verè beatus, & regnum cælorum est eius: quia facit voluntatem Dei in terra, sicut fit in cælo. Sed de hoc fusius inferius, cum agemus de voto obedientiæ.

CAPVT IX.

CASTITAS RELIGIOSA ET PRÆCLARA RELIGIONIS
ad eius custodiam media.

Secundum
votum re-
ligionis.

SECVNDVM RELIGIONIS VOTVM, & præstantius quam paupertatis, est CASTITAS perpetua, de cuius præstantia, & commoditate medijs ad eam conseruandam fusè actum est tract. 2. Quare nunc tantum addemus, quæ eiusdem voti in Religione sunt propria. Quo edito ad eò Religiosus ad Castitatem seruandam obstringitur, ut non solum non liceat ei matrimonium licitè inire: sed si id re ipsa tentaret, fictitum, esset nullius valoris. Nam quemadmodum qui vxorem habet, non potest, illa viuente, alteram ducere: ita Religiosus, quod voto castitatis nuptiæ cum Christo spirituales celebravit: inhabilis, manet ad carnales huius mundi celebrandas. Ex quo oritur maior firmitas statûs continentiæ in Religione, quam in seculo: vbi votum; quod simplex dicitur, reddit quidem in illicitum matrimonium, ut non sine peccato contrahatur: sed, si re ipsa contrahatur, non redditur nullum. Quamuis autem Religiosum vinculum sit magis strictum, simul tamen est felicius, ac fortunatius. si enim vinculum cedit in maius nostrum commodum: quod illud est strictius ac fortius, eò est excellentius; & quod minor est spes illud dissoluendi, eò est magis gloriosum.

illo esse colligatum. Quare quicquid in laudem voti Castitatis dictum est, locum habet cum maiori excellentia, quando illud est solenne, ac Religiosum. Et quamvis omnes Religiones (vt ait Sanctus Bonaventura) sint æquales in virtutis voti substantia, eò quòd virginitas, aut Castitas Religiosa non admittit gradus extensionis, aut perfectionis maioris aut minoris, quos habent paupertas & obedientia: quia omnes æquè tenentur esse casti in omni genere cogitationum, verborum, & operum: in modo tamen eam custodiendi, & medijs ad eius conseruationem adhibendis varij sunt modi perfectionis. Illa autem Religio, quod ad hoc votum spectat, erit perfectior, quæ in Regulis suis efficaciora habebit remedia, magisque proportionata ad eam tenendam, præueniendo pericula eam transgrediendi. Quamobrè dicere licet, castitatem in sæculo esse quasi florem in campo, & lilium conuallium: quæ difficile custoditur: eò quòd multi illam aspiciant, eius percipiant odorem, tangant & arripiant, vt euellant: at in Religione, ob votum & clausuram, est tanquam flos & lilium in horto septo, & conclafo: vbi facile conseruatur: quia pauci eò ingrediuntur; nec permittitur ingredi, de quo præsumitur quòd intendat illam abscindere, euellere, aut contingere. Verum quidem est, Diuinam protectionem custodire florem hunc in campo; & infernalem serpentem etiam ex ipso horto eum deprædari, eò quòd omnia peneret: vt neque secularis animum abijciat; neq; Religiosus tutum se esse existimet. Nec tamen dubitandum est, quin Religio multò meliùs florem hunc custodiat, & Deus ipse illum in ea conseruet.

§. I.

EX HIS deducemus paulatim aliquas excellentias statùs continentie Religiosæ. *Prima* sit, quòd cum Religio sit generalis quædam ex modo, omnibusque eius vitij fuga: idèò potentiùs ac certius de luxuria triumphat: quæ (vt S. Augustinus perpendit) fugiendo vincitur, & quò magis procul quis fugit: eò tutius eam vincit. Quare Apostolus, suadens resistere & pugnare contra reliqua vitia: dum ad hoc peruenit, ait: *Fugite fornicationem*. hoc insinuans, quòd fornicatio fugiendo vincatur: quæ fuga non est timiditas, aut pusillanimitas contemnenda; sed prudens & laudabilis fortitudo: quemadmodum magna fuit gloria Ioseph b *reliquisse in manu dominae suæ palmam, & fugisse*. Contra libidinis impetum ait Sanctus Augustinus, apprehende fugam; si vis obtinere victoriam; nec tibi verendum sit fugere, si Castitatis palmam desideras obtinere. Ne dicas volo potius in ipsa occasione manere, vt habeam quem vincam: hoc enim est desiderare labi. Si dicas, te velle hostem tuum tenere captiuum: caue ne captiuus iste præualeat contra te: & vbi cogitabas gloriosum obrinere triumphum, in æternum te præcipites contemptam.

Quare

In exposit.
Regul. c. 10.
circa fin.

I.

Ser. 150. de
tempore.
1. Cor. 6. 18.

b Gen. 39. 12

Quare nemo seipsum falsa securitate decipiat, nec viribus suis periculosè confidat; sed obediat Apostolo dicenti: *Fugite fornicationem*. Hoc igitur consiliū tutissimè impletur in Religione, quæ viros à feminis separat; & Religiosas in suis monasterijs includit, ne possint cū viris cōuersari; & Religiosos separat à faminarum communicatione, & familiaritate. Imò inter eos procedūt in solitudines ac deserta, vt ab his occasionebus sint remotiores. Et ceter hoc non fiat: tamen ipsamet Religio vocatur solitudo, ac desertum spirituale: eius enim Professio est, esse in tali recessu ac recollectione; quam legibus ac Regulis optimè seipit ac munit.

Religio solitudo vocatur.

2.

MVLTVM ad id innant, qui in ipsa Religione sunt constituti ad custodiam huius horti cōclusi, & magno zelo tuendā Castitatē, quā Religiosi promittuntur. Hi autē sunt Prælati, Spiritus Magistri, Cōfessarij ac seniores; quibus reliqui parent, eosq; venerantur: suntq; *sexaginta illi fortes ex Israel, qui lectulū Salomonis ambiunt: oēs tenētes gladios & ad bella doctissimi: vnusquisq; cuiusq; per femur suū, propter timores nocturnos*. Hi nunquā dormiūt, sed vigiliāt semper nec arma sua deponunt, sed semper in manibus & in prōptu habēt; nec tantum in militia Tyrones, sed doctissimi & exercitatissimi Duces: non solū ad hostes vincēdos, qui ipsos aggrediuntur, sed etiā in surgētēs cōtra lectulū Salomonis; cuius ipsi sunt custodes: hoc est, congregationē Religiosarū animarū, in quibus verus Salomon Christus D. N. requiescit. Dæmones enim nō desistunt, Religiosos turbare tētationibus carnis, quas hic *nocturnos tentores* appellat; eō quod vehemētius in nocte eos aggrediātur iacētēs in lectulū quiete; aut ex tempore non præuisa; aut pallio aliquo pietatis operte: quod quod sint scēdissimæ, student se occultare: pudet enim sese aperire, & arma deponere. Sed strenui isti pugnatōres ambiunt hunc lectulū, armisq; suis contra Dæmones vtuntur, tentatos ipsos adiuuantes monitis, consilijs, tētationibus, varijsq; remedijs: quibus victores enadant. Quemadmodum enim ægrōtus, qui domi suæ medicum habet, facilius curatur: eō quod facilius frequentius morbi sui rationem ei reddere, & paroxismos incidentes aperire potest: & ipse medicus potest frequentius illū visitare, & videri ad oculum quod refert infirmus; aptumq; remedium tempestiue applicare: ita Religiosi, habentes in suis Conuentibus spirituales armorum suarum medicos, facilius curari possunt, quā sæculares: quia in promptu illos habent, vt suarum conscientiarum rationes eis reddant, & que tētationes animiq; afflictiones aperire, & ad Confessionem, cū premi se vident, accedere; & medici ac Confessarij frequentius possunt eos alloqui, monere, animumq; illis addere: & quoniam sibi notissimos habent citius efficaciora adhibent remedia. Adde: quod ipsa rationis redemptio, & tentatio is inhonestæ manifestatio, antidotum sit valde aptum.

c. Can. 3. 7.

quo adhibito illa evanescit: fugit enim luxuria humilitatem, quæ in his tentationibus aperiendis elucet,

Hinc claritati & aperiendi tentationis, si obedientia coniungatur, aded utraque Damonibus terret, ut animæ leciulum ita quietum relinquunt, ac tranquillum; ut ipsimet tantam pacem habenti, fiat sibi suspecta. Quemadmodum evenit Sancto Dorotheo: qui verebatur deceptionem aliquam libelle ingenti tranquillitati, quam in hoc genere in se sentiebat: donec Abbas eius ei dixit: tranquillitatem illam, fructum esse charitatis & obedientie, cum qua erga suos Superiores agebat. Nam obedientiæ votum, si, ut oportet, custodiatur: est magnum Castitatis præsidium: sicut inobedientia contra valde extimulat, fouetque luxuriam. Si anima inquit S. Bernardus possidere cupit sui corporis terram, & pacificè regnare super suæ carnis membra: necesse est, eam mitem esse, suoque Prælato subiectam: talem enim experietur suam inferiorem: qualis illa erga suam fuerit Superiorem. Amat enim creatura ad vlciscendam sui iniuriam Creatoris: & ideo nocent animæ, quæ rebellem sibi inuenit carnem suam, se quoque, minùs quam oporteat superioribus potestatibus esse subiectam. Mansuescat igitur ipsa & humilietur sub potenti manu Dei altissimi; subiecta sit Deo; & his pariter, quibus viæ eius debent obedire, Prælati: & continuò corpus suum inueniet obediens, & subiectum. Hoc ipsum confirmat Cassianus sententiã omnium Patrum qui erant in Eremito: qui dicebant, necesse esse Monachum valde seculo agere de mortificandis propriæ voluntatis actibus, ad continendas & vincendas effrenas carnis suæ appetitiones. Quod si oculos conijciamus in id, quod in paradiso cælesti accidit, inueniemus, quamdiu Adamus & Eva peremerunt in Divini mandati obedientia, eos nullum sensisse motum indecens, nec puduisse, quod se nudos viderent: ed quod earo esset spiritui subiecta, sicut ipse spiritus subijciebatur Deo. Statim tamen atque spiritus ex inobediencia (ut perpendit Sanctus Gregorius) contra Deum rebellavit: caro contra spiritum iniurrexit, edendo multos sensuales motus. Cum igitur in Religione fiat specialis votum obedientiæ Deo, & superioribus Religiosis: Religiosis fidelis est, in hoc voto reddendo, & custodiendo: aderit ipsi Deus, ut non deficiat in custodia voti Castitatis: ut corpus & spiritus in obsequio sui Creatoris coniuncti sint & uniti.

Næc minus præsidium votum paupertatis præstat voto Castitatis: reddunt enim hæc vota sibi mutuo bonum, quod ab invicem accipiunt. In consilio enim est (ut ait S. Chrysostomus) non potuisse promitti paupertatē, nisi propter Castitatē. Coniugatos enim oportet aliqua bona possidere, ut statim sua onera portare possint. Quare promissio Castitatis Religiosæ, quæ hominem liberat ab illo statu, facilitatem adfert ad paupertatis votum ter-

3+

Ser. I. Omnium Sanctorum circa medium.

Lib. 4. c. 8.

Lib. 26. c. 15.

4. Lib. de virg. c. 7.

uandum; & hoc reddit illi hoc bonum, quod aufert illi occasiones libidinis & impedimenta, quæ lædunt Castitatem: quia aufert illi diuitias, ac delicias, quæ sunt fomenta sensuum voluptatum: quemadmodum ignis imminuitur & extinguitur, si ligna auferantur, quibus ille alitur & fouetur.

5. Hæc accedit, quod Religio domet carnis insultus, ut magis sit subiecta dictaminati rationis: vita enim Religiosa est vita crucis, & mortificationis continua; & Religiosi sunt in eorum numero, de quibus dixit Apostolus *d qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitis & concupiscentia*. Quis autem magis censebitur esse Christi, quam qui se obstringunt voto continentie, eiusque perfectionem Evangelicam imitandi? Qui etiam magis mortificati: quam qui propriam libertatem reliquerunt, ut voluntatem diuinam amplecterentur? Semper caro est in cruce: quia semper aliquid facit in quo mortificatur. Crux est, paupertas, & abstinencia; crux, disciplina, & Cilicium; crux, vigilia & oratio; crux obseruatio Regularum; & crux, si uere iuxta voluntatem alienam abnegata propria, ut illam expleat. Quomodo igitur caro non erit casta, tot crucibus affixa? si e inimicorum crucis hostis erit carnis illecebra, & indulgentia: ideoque perpetuum contra sensualitatem bellum gerunt. Ac propterea Sanctus Dyonysius ait: quanto Habitum Monacho tradebatur, postquam ille respondebatur, se renuntiare: te conjugatorum, diuiliæ; & cogitationibus, curis que diuiliis hominum secularium: statim Episcopum signo eum crucis signasse: quæ mortificationem omnium Carnalium cupiditatum signat: in qua mortificatione debent se continuò exercere, ut sui status continentiam assequantur; & eadem cognati sunt, ad eam conseruandam, & ab hostibus suis propugnandam. Insuper addit: quod abscinderent illis capillos capitis, in signum, quod ipsorum vita deberet: esse purissima, absque fictionibus, superfluitatibus, & ornamentis, & elegantijs mundanis: ut solum aspirarent ad perfectam Christi crucifixi imitationem.

§. II.

6. **N**OVIMVS etiam: Religionem esse scholam omnium virtutum, que sine custodia & propugnatio Castitatis sororis suæ. Quæ (ut S. Chrysostomus ait) si sola esset, non posset se defendere: sed ad eò bene stipata beneque munita, est etiam tuta. Ac proinde in nullo loco tutior est, quam in schola, ubi docetur, & in praxi habetur modestia, temperantia, mansuetudo, & Patientia, exercitiaque orationis, & meditationis: quæ copiola ecclesia auxilium impetrant. Ac propterea solebat S. Hieronymus dicere Castitatem difficiliter conseruari inter splendidas epulas. Ama studium Diuinarum scripturarum & non amabis vitia carnis. Quid igitur de humilitate dicemus: quæ non est humi-

d Gall. 5. 24

e Phil. 3. 19.
Ecclef. Hie-
rar. c. 633
33
336.
Lib. de vir-
gin. c. 86.Epist. 47. E
40

est humi

est huius status propria, ac potens ad protegendam Castitatem? Verum est, quod proximo capite dicebamus: a *aquilam grandem* superbiam scilicet duabus alis volare. *Libanum*, & *auferre medullam Cedri*: quia auferit spiritum castorum Religiosorum, & ipsam castitatem amittant. Qui tamen, si ventur, facile huic aquilæ resistunt, eiusque alas abscedunt: si inanes excellentie appetitus mortificent, seseque duro rudi que penitentia & Humilitatis cocce obtexerint: ne cor penetrare, & spiritum ac deuotionem tollere valeat.

Quod si videre libet præclarum exemplar victoria, quam obtinere potes Castitatem defendens in Sacro monte Religionis: audi, quid sponsus celestis dicat animæ castæ: *b veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano, veni: conueneris de capite Amanæ, de vertice Sanæ, & Hermõ, de cubilibus Leonum: de montibus pardorum*. quæ dixerit ei: tu sponsa, quæ habitas in Monte Libano, veni mecum deambulatum in hoc monte, & in alijs tribus ei coniunctis: ut in eis troneris fragrantibus floribus, quos colligemus absque timore alicuius leonibus, & pardis, sua cubilia & latibula in eis habentibus. Nec graui, & absque fundamento hanc sententiam applicare possumus. Statui Religioso, quem supra diximus significari per montem Libanum, ob candorem, & puritatem sanctitatis, quam tribus votis Paupertatis, Castitatis, & Obedientia proficitur; adiuuctis alijs varijs exercitijs, & virtutibus: quæ vna significantur per reliquos tres montes Amanæ, Sanæ, & Hermon: quæ tres voces significant fidem, mutationem aut nouitatem, & dedicatum aut consecratum Deo. Tam enim tria vota, quàm reliqua Religiosa exercitia inniuntur fidei; & tendunt ad mutationem & nouitatem vitæ, ut se Deo dedent ac consecrent, discedentes à strepitu huius mundi. Vocat igitur Dominus noster Religiosam animam, non semel, sed ter; ut ambulet, & spatietur per hos montes, exercens varios actus Paupertatis, Castitatis, & Obedientia; & multos alios ceterarum virtutum iuxta suas Regulas. Qui actus tanquam flores sunt fragrantibus, & sponso celesti suaues ac iucundi: ex quibus terra texit & coronas, quibus sponsam suam coronat, ob insignes & illustres victorias, quas eis exercendis promeretur: ita ut nec rugitis & terrores sue tentationes Dæmonum eam terreat: qui leonum & pardorum more hos montes frequentant, ut Religiosis in eis ambulantibus sint molesti, eoque deuorent. Nam Diuinæ vocationis gratia & Christi Domini nostri Societas frequentibus suis inspirationibus, eos protegit, animat; & ad victoriam de suis hostibus obtinendam adiuuat.

Ni cingat parum exemplum aliorum Religiosorum, eandem Castitatem sectantium, nam alij alijs eam persuadent operibus potius, quàm verbis: ostendentes (ut ait Sanctus Basilius) possibile esse, imò facile ac iucundum

a Ezech. 17. 1

7.

b Cant. 4. 8.

In insinuas
Mont. Dal
Rio.

8.

Reg. 17. ex-
Fufis.

Lib. 8. con-
fiff. 6. 11.

Hom. 4.
c. Ge. 2. 24.

Serm. de Ca-
stit.

d. Ex. 16. 14.
Num. 11. 7.

Coll. 12. 6. 12
Lib. 6. c. 4.

In Apolog.
pro Status
Monast.
Lib. 3.

quod multarum personarum Congregatio, diuersarum ætatum, & comple-
xionum seruat. Et quid aliud dicunt tot virgines, & iuvenes in Religione
custodientes Castitatem: nisi quod alij similes sancto Augustino in quadam
visione, quam habuit, dixerunt: Nunquid non poteris tu, quod isti & istæ
possunt: aut isti & istæ possunt esse continentes proprijs viribus, & non po-
tius gratia Dei su? Projice igitur te in eum confidenter: eius enim amplexu
poteris continentiam seruare, quam tot alij seruant.

2.

DENIQUE quemadmodum Christus Dominus noster renunciatis
ipsius amore diuitijs promisit centuplum, propter quam promissionem in
iucundum illas deserere: ita eiusdem amore relinquentibus vxorem, & fi-
lio; & renunciatis nuptijs idem centuplum promisit: quibus tantis spi-
ritus delicias, totque subsidia ad perseuerandum in continentia largitur.
hæc fiat centies iucundior, ac suauior ipso matrimonio. Nam (vt ait S. Ma-
charius) si vxoris amor aded est vehemens, vt vir libenter *crelinquat patrem
& matrem vt adhaereat vxori suæ*: cur non amor Dei ita erit vehemens, vt
ciat, eum libenter delerere vxorẽ; vt conuersari liceat cum ipso met Deo: ut
optimo Sanctus Ephrem in laudem huius virtutis exclamat, O Castitas: ma-
ter dilectionis, & Angelicæ vitæ ratio! O Castitas, quæ homines Angelis
miles reddis! O Castitas, quæ cor possidentis te lætificas, & animæ ad cele-
stia alas adiungis! O Castitas, quæ spiritale gaudium patris & matrem su-
fers! O Castitas, quæ passiones minuis, & animum à perturbationibus libe-
ras! O Castitas, quæ rosæ instar, in medio animæ & corporis flores; vniuersæ
sanctæ domum odoris fragrantiam replet! O luperna Castitas, quid de te
dicam dulcedinæ? Tu enim es *ros & pruina decidens super terram*, & præce-
dens pluuiam *Man*, cuius dulcedo tanta erat, vt nemo nolceret, nisi quibus
libabat. Tu enim concupiscentiarum ardorem, Diuinæ gratiæ, quæ te com-
mitatur, rore mitigas & restinguis: te autem sequitur *Man* dulcedinis cele-
stis cuius præstantia aded est excelsa ac diuina, vt solus eam nouerit, qui
ipso opere degustat. O anima, si prætiosam hanc Castitatis Margaritam ha-
bere cupis, amplectere Religionem: vbi illa erit tuta. Ne tali ignominia
contemptu remadere præciosam afficias: vt eam colloques in loco, in quo
nihil erit tuta; & vehementius impugnabitur. Quis ait Calsianus) in huius
modi conflictibus versatur, qui non interdum vulnus aliquod accipiat. Si
igitur tales congressus in mundo sunt frequentiores, magisque horren-
tur non refugis ad Religionem, in qua maior est securitas, & vis maiore
fortitudo ad victoriam de eis obtinendam. Quod si dixeris: etiam Religi-
osos aliquando impingere: respondebo cum Sancto Chryostomo: id magis
frequentius & grauius accidere secularibus: &, qui in Religione laborant
citius resurgere; & paucorum in ea lapsum occasionem esse maiore sepe

ritatis

mentis multorum: qui ex alieno damno cautiore s sunt magisq; humiles; & attentè in adhibendis multis medijs, quæ in Religione ipsa habent, vt non succumbant.

CAPVT X.

CLAVSURA RELIGIOSA AD CASTITATIS CVSTODIAM; & cautela in agendo cum feminis, & iunioribus.

CVM IN RELIGIONE NON CESSENT pugna, eò quòd Dæmon cibum hunc electum maximè esuriat: expedit Religiosos in promptu habere documenta, in Tractatùs secundi capitibus 9. & 10. posita, & remedia adhibere, quæ in ipsa sunt Religione, & insinuauimus in ceteris capitibus proximi; & nominatim dare operam, vt Religiosi agentes cum feminis; aut Religiosæ cum viris, has tres condiciones obseruent.

PRIMA EST, vt id faciant cum facultate & approbatione Prælatorum; nullo verò modo contra eam; inobediens enim nunquam cantabit victoriam. Secunda est, vt hæc licentia & facultas petatur ex necessitate, & causa aliqua legitima, non autem propter oblectationem, aut sensuale solatium. Si enim hoc queratur, etiamsi Prælatus facultatem det, annuatque petenti: non erit illa securitas, quam adfert vera obedientia: cum in hoc potius suam faciat voluntatem, quam Prælati. Et hinc oritur tertia conditio, & quidem magni momenti: vt Religiosus, quod in ipso est, auersionem potius & repugnantiam habeat ad huiusmodi colloquia; ideoque, quicquid potest faciat vtea excuset; eoque solo nomine acceptet, quòd intelligat, Deo id placere; & Prælatus id approbet: quia necessitas, aut Charitas, aut officium id exigat. Nam tunc locum habet, quod Sanctus Gregorius dixit; perfectam obedientiam in rebus delectabilibus non debere aliquid habere de suo, sed omnia debere esse Dei, ex se autem potius resistantiam & auersionem habendam tunc securitate in futuram assistente diuina protectione ad Castitatem in occurrentibus periculis tuendam. Quemadmodum euenit cuidam iuueni Monacho, qui cum à suo Abbate mitteretur in Ciuitatem, timès valde imbecillitati suæ petebat humiliter, ne mitteretur, neque tali periculo exponeretur: sed quoniam necessitas vrgebat, iussit Abbas ire confidentem Domino, qui non esset ipsum deserturus. Et ita euenit: nam cum sita hospitis, ad quem diuerterat, ipsum aggredederetur, & ad peccatum inuiteret: Monachus, eleuatis in cælum oculis, dixit: Deus Patris mei adiua me.

Et in momento Angelus Dei adfuit, qui inde eductum constituit in cella ipsiusmet Abbatis, & patris spiritualis: eripiens eum à periculo, in quod non sponte sua se coniecerat, sed ex obedientia, & propter necessitatem in illud inciderat.

2.

Ex quo licet deducere causas, ob quas aliqui Religiosi aut Religiosa miserè incidunt in huiusmodi occasiones, in quibus valde inficiuntur & maculantur. Alij enim propterea cadunt, quòd conversationem & colloquia tantum querunt propter merum solatium: exeunte scilicet Religioso ad formam aliquam visitandam; aut Religiosa admittente secularis viti visitationem, non ob aliam causam, quàm vt garriant, & leuiter vaneque sese illo tempore recreent. Incurrit certe metum quòd Sanctus Basilius cuidam Monacho dixit, exhortans eum, ne in publicum prodiret: egressus inquit es è cella, ubi tibi continentiam reliquisti. Ob periculum scilicet, cui te exponis eam amittendi; & laqueos, quos tendet tibi mundus: & minime, cum reuerteris, venies tam fortis, atque exiuiisti. Hoc Sanctus hic dixit ad eos reprimendos, qui leuiter & absque iusta causa exeunt. Quod si oculos ad Religiosas conuertamus: quid aliud est Monialis in Locutorio cum viro seculari: quàm Eua in paradyso cum serpente super arborem scientiæ boni & mali colloquia miscens, & noua curiosaque audiens, quæ in ipsius graue damnum cadant? Fugiat igitur huiusmodi serpentes, & has curiositates mortificet, & vult esse firma, & à lapsibus libera.

Alii labuntur, èd quod aduertentes suum periculum, cum obedientiam in huiusmodi occasionibus eos exponit: nolunt Prælato suam imbecillitatem aperire, existimantes, se honoris sui iacturam facturos. Quem honorem pluris faciunt, quàm animam: permittit Deus, vt tum anima in culpam impingat, tum honoris iacturam faciant. vt hac ratione anima resurgat, & agnoscatur periculum ac debilitas, quam honoris studium tegebat. Alij impugnant èd quòd in occasione etiam innocenter constituti, non statim recurrunt ad orationem cum humilitate & fiducia in Deum, & in sancta Obedientia. Si enim hæc adesset: non deesset Deus verbo suo; & statim mitteret cælo sanctum suum Angelum, mansurum eam ipsis in fornace Babilonica comburatur; aut eos inde deducturum in locum tutiorem: vt impletur quod scriptum est; *Vir obediens loquetur victoriam*, triumphans de hostibus, qui ipsum, suam obedientiam exequatam, aggrediuntur.

a *Prov. 21. 3*

3.

Hic documento alterum addamus summi momenti: vt Religiosas Religiosa assuescant suæ Professionis exercitijs: reponentes suam delectationem & solatium in ipsa recollectione, quam profitentur. Propterea etiam aptè conuenit Religioni, quod dicitur in Canticis, quod sit *b hortus bis conclusus & fons signatus*. Duo enim vota Castitatis & Paupertatis sunt, quæ

b *Cant. 4. 2.*

duæ seræ, aut sepes huius horti: cuius flores & fructus sunt exercitia virtutum, quæ Regulæ in materia horum votorum præscribunt. Obedientiæ autem votum est sigillum fontis intra hortum manentis: Obedientiâ enim obfirmatur quicquid à voluntate & libero arbitrio procedit. Et quemadmodum sigillum novam addit securitatem rei, sub illo inclusa (sicut c. *Rex Darius regio suo annulo Lucam obfirmavit*, in quem Daniel fuerat coniectus) ita votum obedientiæ reliqua duo tuta, & secura reddit: & per illud tanquã per aqueductum fluit aqua gratiæ ac deuotionis, quam Dominus Religiosis communicat. Qui nullum alium fructum comedere; nec florem alium olfacere debent, quàm ex hoc horto; nec aliam aquam bibere, quàm ex hoc fonte fluentem: hic enim cibus & potus sufficit ad ipsos satiandos. Et quocumque uerint, & ubique manserint semper debent huiusmodi sepes & seras cù suo signaculo (quod est Regium Christi Domini nostri signaculum) habere: cuius obedientiâ obfirmari debent omnia eorum opera, ut tuta sint ac secura, iuxta illud Cantorum: *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum: ut & affectus & opera tua meis respondeant.*

DEBET præterea hortus esse bis conclusus, duabus scilicet clausuris; alterâ exteriore, qua libetè domi maneat, & inuitus exeat; altera interiori, qua occludantur portæ sensuum, oculorum, aurium, & linguæ: ne aditus pateat demonibus, ad auferendos flores, & fructus huius horti. Vtraque autem clausura magis adhuc est necessaria fæminis Religiosis: quarum clausuram reformauit & coarctauit sacrum Concilium Tridentinum, valde seuerè, ne eorum Castitas, quæ imbecillior est, periclitaretur. Virgines, ait Sanctus Ambrosius, imitari debent suam Reginam, quæ cù esset trium annorum, recepit & clausit in templo. Et quando Angelus eam salutauit, inuenit in domo sua inclusam: ubi nullus hominum posset eam videre. Et cum ex DEI inspiratione opus esset cognatam suam Elisabetham visitare, e abiit cum festinatione, ut citius perueniret, & in eius domo etiam esset inclusa. In domo (ait Sanctus Ambrosius) sera, festina in publico: nam clausuram semper habeat in uotis: exitum autem, cum aliud facere non posset: ut scilicet obedientiæ & Charitatis legibus pareret. De sponso ipso cælesti dicitur, quod sit *fit campus, & lilius conuallium*: quia nimirum paratus est, & expositus, ut omnes in suam utilitatem ipsum accipiant, & fruantur. de ipsa uero sponsa dicitur, quod sit lilius horti, quod solus sponsus ingreditur, ut illud colligat.

Castitas enim virginum soli Christo debet referuari. Et quemadmodum lilius amittit suam candorem & pulchritudinem, quando manibus tractatur: ita uirginitas splendorem & pulchritudinem suam amittit, si discurrat per plateas, & hominum manibus contrectetur. Et ut Tertullianus aduertit, uirginalis puritas aliquid patitur detrimentum ex eo solo, quod uideatur.

præcipi

c. Dan. 6. 17.

d. Cant. 8. 6.

4.

Sess. 15. c. 5. de Regul. ribus. Lib. in Lucam. c. Luc. 1. 3.

f. Cant. 2. 1.

Lib. de doctrina uirginis.

precipue cum eadem occasio, qua ipsa videtur, etiam efficit, ut ipsa videatur. Et
 ut S. Basilius ait: oculi sunt quasi manus incorporeæ, & invisibiles, quorū
 dijs suis contrectant, defadant, ac laedunt Castitatem. Quam obrem puritas
 sancte in reollectionibus monasterijs Locutoria ipsa ita sunt disposita, ut
 nec videre ipsa possint, nec videri. Sed & intra ipsas portas aliud dō conueni-
 tum maximi momenti est seruandam. Cum enim Religio innitatur chari-
 tati fraternæ, & cordium coniunctioni cum vero spirituali amore: solent
 cedere Dæmon, ut in carnalem illum conuertat, fouens particulas aliarum
 amicitias, quibus multum inest sensualitatis, contra puritatem, quam per-
 fecta Castitas exigit. Nā (ut supra ex S. Basilio retulimus) spiritualis & sensualis
 amor valde prope habent portas, etiam vbi non est sexus diuersus. Itaque
 qui existimat se ingredi in domum prioris, inueniat se immersum in por-
 tioris domo. Quare necesse est, valde attendere, ut euellatur ex corde quicquid
 quid sensuale miscbitur spirituali. Debent enim Religiosi sicut nauis
 gentem dare operam, ut animæ nauis sit bene solida, & ita accommodata
 nulla sit rimula, per quam vel guttula aliqua sensualis ad Creaturam alioquin
 amoris possit penetrare. Quod si contingat intrare: arripendum est in-
 strumentum ad eam exhauriendam accommodatum: mortificatio scilicet
 magno spiritus feruore: ut solus & purus Iesu amor viuat in eorum car-
 nibus: ita ut illo colligentur & coniungantur reliqui omnes amores, & sub-
 stantus. Iuxta illud Sancti Augustini: per continentiam colligimur & reuolu-
 mur in vnum, à quo in multa defluximus. Minus enim te amat, Deus, quam
 cum aliquid amat, quod non propter te amat.

Trn. 2. 6. 9.

Li. 10. Cen-
 siff. c. 29.

Ad hoc idem propositum adfert S. Basilius aliqua monita circa eam
 lam habendam in agendo cum ijs, qui parua sunt ætatis: sed statim
 prætermittit, ne in hac materia ad singularia & minuta descendam. In
 fore existimans, si vnum propoluero, quod tum in se multa complectitur
 tum est summi momenti ad tuendam ipsam Castitatem: ut scilicet quilibet
 magno & generoso animo constituat, summè fugere quamcunque rem,
 ipsam Castitatem aliquo modo maculet, etiam si res in se parua videatur.
 vnquam leuem iudicare culpam, quam sciens & volens admittit: sed quod
 ordinariè sit ingens periculum, quod in talis culpæ natura interna lateat. In-
 fera enim nostra caro est tanquam fomes aut sulphureus puluis; delectationem
 autem sensualis est sicut ignis, cuius quælibet scintilla in illum decidens
 aduertenter hærete permittatur, inflammat & comburit. Quare qui ad
 arrogans & parum cautus, ut apertis oculis, & sciens volensq; talem habitum
 in suam admittat domum, & in ea hærete permittat, iudicans se posse
 intra limites continere in re, quam iudicat esse parua: cito experietur ma-
 nifestam Dei desertionem, ut deceptionem suam manifestam deprehendat.

Nam, vt Ecclesiasticus dixit, à g scintilla vna parua ingens augetur ignis, qui eius animam comburat. Et Nazareus Deo cōsecratus, qui oblectatur vuarum grauitis comedendis, sciens id esse contra legem: quia tamen rem iudicat parua, parui eam transgressionem facit, cū minus cogitauerit placebit etiam h vnas recentes & fidas comedere, & vinum bibere; vt, quod prius non cogitabat, etiam inebriatum se videat: talis enim temeritas talem meretur delitionem; & i qui suam amat periculum (vt dixit Ecclesiasticus) in illo periculo, cum irreparabili suo detrimento. Et k qui ita spernit modica cum tanto suo periculo paulatim recidet in illud, vt lententiam Saluatoris subeat dicentis, qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum. Quod, vt Sanctus Augustinus explicat, significat, non intrabit in regnum caelorum. Omnes enim qui illud ingrediuntur sunt magni: & peccatum, quod quis exiguum iudicabat: in Dei iudicio iudicatum est magnum, attentis omnibus eius circumstantijs. Ament igitur Religiosi Castitatem, & puritatem Angelicam, quam profitentur: quæ scienter & aduertenter non admittit maculam, etiam quæ valde parua videatur. Vt enim supra dicebamus, in veste aded candida & preciosa qualibet macula magnam adfert sordiditatem, & turpitudinem.

CAPVT XI.

VOTVM OBEDIENTIÆ, ET EXCELLENTIÆ
ac utilitates eius in genere, in omnibus quæ Deus præcipit.

TERTIVM RELIGIONIS VOTVM, quod est obedientiæ Prælati exhibendæ, præstat (vt supra cœpinus dicere) reliquis duobus: non solum in eo quod offerat Domino nostro aliquid preciosius, quàm illa sed etiam, quod (vt ait S. Thomas) illa in se includat, multa quæ alia superaddat. Nam & paupertas & Castitas sunt etiam Obedientiæ materia: præter illa, quæ Reges ac Regula præscribunt, & Prælati iniungunt. Quamobrem in aliquibus Religionibus Professio fit, expresso solo voto Obedientiæ iuxta Regulam: comprehenduntur enim hoc voto reliqua duo. Cū igitur hæc virtus præcipua sit, & ad plura in vita Religiosa sese extendat: operæpretium est hic explicare quicquid ad eius perfectionem pertinet, tam in genere, quàm in particulari huius Statûs. Notum est enim huius virtutis in genere modum esse, implere præcepta Superioris, quicumque ille sit relinquendo, si opus est, propriam sensam & voluntatem; vt impleat, quod ille vult, & mandata. Cū autem duplex sit Superior, Deus scilicet, & homo: ita est duplex modus Obedientiæ. Prima & præcipua inducit ad implenda Præcepta Dei, in quibus Diuina eius voluntas elucet: quæ prima est & suprema Re-

g Eccl. 11. 34
h Num. 6. 4
i Eccl. 3. 27.
k cap. 1. 17
l Matt. 5. 9
Lib. de s. o.
Domini in monte c. 1.

Tract. 2. c. 11

Tract. 3. c. 5

2. 2. q. 186.
a. 8. c. 9.
104. a. 3.
S. Benedicti
Cartib. 1. a.
& S. Domini.
Vide Azor:
lib. 11. c. 4.
S. Thom. 2.
2. q. 104. a. 2.

gala omnium creaturarum voluntatum; quæ innōtescit creaturis ex Præceptis quæ ille ponit in materia omnium virtutum: licet non in omnibus eorum actibus: quemadmodum in decursu inferioris dicemus. Altera Obedientia exhibetur hominibus superioribus, auctoritatem habentibus ab ipsomet Deo; qui per eos gubernat, & aliqua Præcepta præscribit: volens ut eis obediatur. Hæc igitur virtus inclinatur illorum subditos, ad exequendum quicquid illi iubent, quod non aduersetur ijs, quæ Deus in sua lege seruat præscripsit. Nam ut Apostoli dixerunt: *Obedire oportet Deo magis quam hominibus.* Quare nunquam faciendum est quod homines iubent, si aduersatur ijs, quæ iussit Deus. Sicut inter ipsos homines potius obediendum est Prælato Superiori, quam inferiori potestate ab eo accipiendi: nec inferiori est parendum in eo, quod præcipit contra mandatum superioris. Ex quo fit, ut secunda hæc obedientia primam semper includat, eidemque ita innatur, ut ex utraque fiat vna valde perfecta. Cuius excellentias & utilitates ad breuem hic summam redigemus, ut pro meritis æstimeretur.

PRIMUM, HÆC OBEDIENTIA (vt ait Sanctus Thomas) fundamentum est, & causa nostrorum omnium meritorum: nihil enim apud Deum habet meritum, nisi quatenus Diuinæ eius voluntati est conforme. Et in hoc sensu, ait Sanctus Augustinus: nihil quæ Deo placere atque Obedientiam. Hæc summa est, & vnica virtus in nobis: & sola præstat cæteris omnibus. Quidquid enim boni fit, nisi proueniat ab Obedientia, procedit Superbia nisi enim fiat ad placendum Deo: fit ad placendum sibi, aut alijs hominibus: ideoque mera erit vanitas, & propriæ voluntatis inordinatio. Hinc igitur licet laudes huius virtutis auspiciari: ex connexionem quam habet cum Charitate omnium Regina, & præcipuo nostrorum meritorum fonte: quæ consistere non potest absque comite obedientia: ita ut quo gressu ante crescit, etiam crescat Obedire. Ideoque b *Iustorum nationem* ait Ecclesiasticus, *esse obedientiam & dilectionem.* Obedientia præcedit tanquam dispositio dilectionis; hæc verò profert postea cum maiori perfectione fructus ipsius Obedientia, iuxta illud quod Christus suis Apostolis dixit: *Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut Ego Patris mei præcepta seruavi, & maneo in eius dilectione.* Et Sanctus Ioannes: *d qui seruat verbum eius, vere in hoc Charitas Dei perfecta est.* Quod si adeo magnifica sunt quæ diuina scriptura dicit de Charitate: quæ erunt præclara quæ illa sentit de obedientia, ex qua Charitas ad eum depedet; & in qua ad eum illa eminet, ac elucet.

Quod facile licet intelligere ex opinione & æstimatione, quam ipsemet filius Dei de illa habuit: si quidem dixit: *Non quero voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me; & iterum: descendit de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.* Et quamuis mundi redemptio

a *Mat. 5. 29.*

2. 2. q. 104.

a. 2.

Serm. de
Obedien. &
Hum. Ten.
9. ad finem.

I.

b *Ecc. 31.*c *Ion. 1. 10.*d *1. Ion. 2. 5.*

2.

e *1. Ion. 5. 30.*f *Ec. 6. 38.*

esset opus aded excelsam, & præclarum; non tamen venit propter excellen-
 tiam, quam opus illud in se habebat, sed, quia Pater eius voluit, vt opus illud
 in se tulceret: cuius obedientiæ executio fuit altissimus finis eius in mun-
 dum aduentus. Ideo *ingrediens mundum* (vt Apostolus perpendit statim il-
 lud psalmi dixit: *Ecce venio: in capite libri scriptum est de me, vt faciam, Deus, vo-*
luntatem tuam. In quibus verbis tertia insinuatur excellentia Obedientiæ.
 Liber enim ille, cuius hic fit mentio, est æternæ prædestinationis, in quo
 omnes huius Domini excellentiæ officia, & opera sancta, ac prodigiosa, quæ
 facturus erat, scripta erant. Quorum primum ac præcipuum, quod reliquo-
 rum veluti summa quædam erat, fuit æterni sui Patris voluntatem exequi
 in omnibus, quæ ille iubere: ponens eius legem & præcepta in medio cor-
 dis sui, tanquam rem maximè sibi charam, & quam maximi ipse faceret: In
 cuius rei fidem, statim in primo suæ conceptionis instanti, hanc sui fecit ob-
 lationem, promittens, vt supra diximus, exequi quicquid Pater mandabat.
 Ac propterea gloriabatur, quod Pater corpus & animam ei dedisset bene
 propter: *sa & apta, ad exacte obediendum: corpus,* inquit, *apta sibi mihi vel: aures*
per te sibi mihi. Corpus quidem, vt ferre posset, quæ iubebas; & aures ita per-
 cepti, vt anima, tua præcepta audire & exequi posset. Quomodo ergo am-
 plius virtutis huius excellentia extolli, & exaggerari potest: quàm quòd Fi-
 lius ipse Dei aded de ea gloriatur; & quòd Liber prædestinationis eadem
 sit tantopere exornandus? Gaudet itaque Religiosus: quòd pignus habeat
 suæ in cælum prædestinationis: & intelligit, in principio Libri illius scri-
 ptam esse Obedientiam, quam ex habere debet Deo, suisq; Prælati, tanquàm
 generali medio, in quo reliqui actus modo quodam continentur, quibus
 promeretur gradus sanctitatis, & gloriæ, ad quos est prædestinatus. Sibi
 etiam persuadens, Deum per gratiam vocationis daturum ipsi corpus & a-
 nimam apta & propensam ad obediendum in omnibus, quæ ipsi iniungentur.
 Et cum hoc sensu, statim atque Religionem ingreditur, dicat Deo: *Ecce*
venio, non vt faciam voluntatem meam, sed tuam: cuius sanctam Legem
colloco in medio cordis mei, tanquam rem mihi maximè charam; & quam
in hac vita plurimi facio. Quod si, vt promittit, exequetur: erit è felicissimo
numero prædestinatorum, h quos (vt Apostolus dixit) prædestinavit Deus con-
formari sibi: imago filii sui imitantes in omnibus eius Obedientiam.
 Et His licebit reliquas huius virtutis excellentias deducere quæ sensim
 generat in anima reliqua prædestinationis media, inferitque in eadem (vt S.
 Greg dixit) reliquas virtutes. Tū quod illa præcipuum auferat impedimentū
 quantum virtutum ad suos actus exercendos, hoc est propriam voluntatem,
 omnium radicē peccatorum: Et sic cordis nostri ager bene cultus, ac disposi-
 tas rēmet ad plantas omnium virtutum recipiendas: tum quòd Obediētia

g Hebr. 10
 Psa. 119. 7.
 3.

h Rom. 8. 29
 Lib. 35 mor.
 12.
 4.

i Ioan. 4. 34

potestatem & actiuitatem suam extendat ad omnia, quæ sunt voluntatis Dei: quæ in omnium virtutum exercitijs elucet. Vt autem Deo ipsi placeat, & quod ipse vult exequatur: eas excitat, & vrget, ne orientur; sed suas actiones ita faciant, vt integre sint ac perfectæ. Ac propterea ipse Christus Dominus noster Obedientiam appellat cibum, & animæ nutrimentum, dicens Apostolis suis: *Mens cibus est, vt faciam voluntatem eius, quæ misit me: vt perficiam opus eius.* Quæmadmodum enim cibus corporis in omnia eius membra & partes corporis distribuitur, vt cuique det nutrimentum necessarium: ita obedientia alimentum est potentiarum & sensuum boni Religiosi, omniumque virtutum, quæ in eius anima sedem suam habent; Nam cùm ea oculi aperiantur & clauduntur; lingua loquitur & tacet; pedes ambulant & sistunt; voluntas & appetitus diligunt & oderunt; intellectus & phantasia sua opera exerceat & ab eis desistunt. Quæ omnia, cùm ab hac virtute obedientiæ diriguntur, sunt cibus valde substantialis, cõseruans, augens, ac perficiens vitam gratæ; magnumque robur & fortitudinem adfert, ad omnia huius status exercitia præstanda. Quare etiam per ipsam Obedientiam saturitas illa obtrinetur, de qua ipse Christus dixit: *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur.* Si enim esaris, ac sitis omnes virtutes, quæ nomine iustitiæ continentur: hoc solo quod Deo eiusque ministris obedias: saturaberis, & rotorum tuorum fies compos. Si eluris sanctitatem: obedias, & Sanctus eris: deuotionem sitis: obedias, & pius ac deuotus eras.

§. I.

Serm. de Obedi. Pati. & Sapientia. Exod. 15. 19. 4. Reg. 4. 42.

SED quoniam cibus Obedientiæ (vt Sanctus Bernardus ait) iusterus est, & carni insipidus est; ideoque condimento aliquo opus habet vt molecat & sapiat, quod possit cum voluptate comedi: condimentum hoc est sapientia cælestis, iucunda scilicet & grata Dei scientia cum eius gratia deuotione, & solatijs cælestibus. Quæ scientia est sicut illud a lignum, quod cum Moyses misisset in aquas amaras, in dulcedinem versa sunt, & sicut b. f. quam El. seus misit in ollam, & non fuit amplius quicquam amaritudinis in ea. Nec est vlla obedientia carni aded amara, & hominis spiritui insipida, quæ sale diuinæ Sapientiæ, cælestisque solatiij condimento non dulcescat, sicut lapidissima. Sed quis diuinam hanc sapientiam obtinebit? aut qua ratione licebit eam comparare?

§. Serm. 46. in Cantic. 1b. 4. mor. 18. c. Apoc. 3. 18.

Hæc igitur est alia insignis huius virtutis excellentia, quod cælestis Sapientiam impetret, quæ illam faciat iucundam. Nam vt idem S. Bernardus dixit delectatio & iucunditas contemplationis, quæ est actus diuinæ Sapientiæ, non alteri quàm Obedientiæ debetur. Hanc ait S. Gregorius esse pretium, quo aurum illud à Deo emimus, de quo ipse cuidam Episcopo dicebat: *suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum: vt locuples fies.* An

inquit,

loquitur, emimus, cum accepturi sapientiam, prius Obedientiam præbemus. Sic enim Ecclesiasticus dixit: *d. F. h. concupiscēs Sapientiam, conserva iustitiam, eiusq; mandata; & Deus præbebit illam tibi.* Ne prætendas paupertatem: nam in potestate tua est pretium Obediētiæ: neque Deus cuiquam aliquid præcipit, nisi quod implere possit: & hoc pretio, si vis, comparare potes aurum sapientiæ cælestis, accensa igne Charitatis, & vitæ innocentia purificata. Unde tanta provenit dulcedo: vt propriæ voluntatis mortificationem valde iocundam reddat: quod possit Diuinam implere. Quia Deus implet etiam, quod per Itaiam promisit neganti propriam voluntatem, vt ipsi obediret. *e. Tunc ait, deleclaberis super Domino; & sustollam te super altitudines terra; & cibabo te hereditate Jacob Patris tui.* Quod licet præcipue impleatur in cælo, vbi obnegantes hic suam voluntatem, vt obediant diuinæ, sustentabuntur cibo Diuinitatis cum summa saturitate & lætitia: datur tamen bona eius pars etiam in hac vita. Propterea enim Saluator noster iussit à Patre suo peti, vt *f. h. eius voluntas in terra, sicut fit in cælo:* vt dulcedine illa cælesti etiam in terra percipiamur: & sapor, quem cibus hic in cælo habet, etiam in terra percipiamur. Et quemadmodum Pater noster cælestis in omni quidem est loco, sed singulariter in cælis, vbi suam omnipotentiam, Sapientiam, & bonitatem ostendit, satiendo, consolando, ac delectando Beatos: ita etiam est singulariter in perfecte obedientibus, quos Obediētia conuertit in cælos ipsius Dei, qui indicia suæ præsentis dat multa, cum multos eis exhibet fauores.

Ex quo apparet: per hanc Obediētiā obtineri experimētalem cognitionem Dei, & eiusdem maghalium, ac mysteriorum: tanta certitudine fidē tantū excitātem & illustrantem, vt animam vehementer recreet, summamque pacem & gaudium ei adferat ex eorum cognitione & sensu. Ac propterea Christus Dominus noster dixit: *g. si quis voluerit voluntatem eius, qui misit me facere, cognoscat de doctrina mea, vtrum ex Deo sit:* significans (vt dicunt SS. Cyrillus & Chrysostomus) obediētem Dei mandatis obtinere lucem ad intelligendum, quod ipse reuelat; & ipsa experientia percipere: esse Dei, quod Fides docet, talesque effectus propter suam Obediētiā in se sentire, vt manifestent Deum esse illorum Auctorem, Et eandem ob causam dicebat David de seipso: *h. Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est.* Et super senes intellexi: quia mandata tua quasi mihi. Et à mandato meo intellexi: quia scilicet illa fuerunt mihi tanquam Magistri, qui intellectu meum illustrarunt: vt tua mysteria intelligerem. Nam (vt ait Sanctus Bernardus) aspectus hic & cognitio aded perfecta incipit ab auditu, per quem non solū Fides, sed etiam Obediētia ingreditur. De qua dicitur: *i. Dominus aperuit mihi aurem, & ego non contradico.* Et *k. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud:* nam, qui illud custodiunt, videbunt, quam fians sit Do-

d Escl. 1. 31.

c Isa. 58. 14.

f Marc. 6. 20.

6.

g Ioa. 7. 17.

h In Ioa. c. 42.
Homil. 42.
in Ioan.i Psal. 118.
99. & 104.j Isai. 50. 5.
k Lu. 11. 28.

Hinc etiam provenit, ut Obedientia insignem generet magnanimitatem ad facinora valde egregia aggredienda, & fortitudinem admirandam ad gravissima quæque certamina vincenda. Fiducia enim & oratio radices sunt ad fontes bonorum huiusmodi euentuum; & obedientia Iustum reddit dignum eorum. Abraham ob insignem, quam habuit Obedientiam, victorias obtinuit & magnalia, quæ de eo referuntur; de Isaac vero eius filio, cui æquè Deus favit, atque eius parenti: nullum aliud egregium legimus factum, quam insignem Obedientiam, qua se tradidit Parenti suo sacrificandum. Et Pater Machabeorum recenset multos viros obedientes, qui ob suam obedientiam valde fuerunt præclari, dicens: *Joseph in tempore angustiarum sue custodivit mandatum, & factus est Dominus Egypti Iesus* (hoc est Iosue) *quoniam implevit verbum, factus est Dux in Israël. Elias, dum zelus zelum Legis, recepit est in celum: Et Eliseus obediens ipsi Elia, tandem (ut Sanctus Bernardus ait) accepit duplicem eius spiritum.* Obedientia enim, quam suo Magistro exhibuit, fecit eum hæredem & successorem in eius officio. Sed multò adhuc præstantior est, quod Christus Dominus noster promittit, cum dixit: *Qui mecum fuerit voluntatem Patris mei: ipse meus frater & soror, & mater est, ut intelligeremus: (ait Sanctus Chrysostomus) pluris ipsum facere obedientiam, quam dignitatem fratris & matris: vna enim nobilitas sola est, facere Dei voluntatem: sine qua & liqua nihili fiunt.* Nec virgo sanctissima aded fuit Beata, quod Christi Domini carnem concoperit, quam quod *x audierit & custodierit verbum Dei*, ex hoc enim facta fuit Spiritualiter mater Christi generando in anima sua viuam filij sui imaginem: imò & in animabus multorum fidelium, qui per hoc medium sunt conuersi. Ex quo apparet, Obedientiam iustos facere fratres Christi per imitationem in sanctitate; & per hereditatem gloria: imò & matres Christi eos facit, propter efficacitatem, quæ eorum verbis & operibus tribuit, ad conuertendos peccatores; & Christum in eis spiritualiter generandum, qui suæ obedientiæ tribuit conuersiones, quas per seipsum fecit, cum ait: *Y enim qui venit ad me, non eiciam foras: quia descendi de celo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. hac est æternæ voluntas eius, ut quod dedit mihi non perdam* etc.

Denique Obedientia aded est ardua & heroica virtus, ut sit præcipuus lapsus Lydias, ad reliquarum virtutum ac donorum, quæ in hominibus elucet, veritatè agnoscendâ ac discernendâ. Quare ipsemet Deus ad fidelitatè & sanctitatè suorum electorum probandâ, solet præceptum aliquod imponere, quod aliqualiter valde difficili, aut inuisitata, ut supra est dictum. Quod facile declarant verba illa, quæ Deus ipse dixit Abrahamo, cum vidit, quantum promptitudine ipsi obediret in proprii filij sacrificio *z nunc*, inquit

cogno-

8.

1. Machab. 2. 53.

Lib. de ordine vite. 1. 4. Reg. 2. 15. u. Mat. 12. 50. Homil. 45. in Mat. 10. mo. 2.

x Luca. 11. 28

y Ioan. 6. 38

Tract. 5. c. 5. z Gen. 22. 12

cognoui, quod times Deum: nunc scilicet feci innotescere toti mundo, quod timeas & ames Deum tuum, cui in re aded grani paruisti.

CAPVT XII.

ALIE EXCELLENTIE ET COMMODA OBEDIENTIE Religiosae; & inobedientie detrimenta.

EXCELLENTIE HVIVS VIRTVTIS in proximo capite politae communes sunt omnibus iustis, quorum iustitia & sanctitas in iustis ipsorum obedientia: sed praecipue splendent in Religiosis: quoniam vita & Professio tota est Obedientia; ut qui seipsum omnino consecravit, ac dedicant, ut secundum eam viuant non proprio iudicio & voluntate, sed iudicio ac directione Praelatorum, qui Dei nomine illos gubernant. Quamobrem Obedientia Religiosa est via quaedam ad caelum, & ad sanctitatem: quae haec quinque habet proprietates, quod sit *certa, secura, breuis, suavis, & efficax.* *Certa:* eo quod valde clare nouerit, quae sit voluntas Dei per ipsos Superiores, quorum vocem percipit corporeis auribus: & ipse Dominus dixit de illis: *Qui vos audit, me audit.* Est *secura:* qui enim Dei directionem per suos ministros sequitur, non errabit, Et periculum errandi potius in ijs est, qui gubernant: qui etiam rationem reddent eius, quod imperant, quam in ijs qui obediunt, & iussa exequuntur. Supponitur tamen, eos non debere obtemperare quando, quod iubetur, est aperte peccatum, ut supra etiam est dictum. Est *breuis, & compendiosa:* nam in eo animi decreto, non faciendi suam voluntatem, continentur reliquae omnes mortificationes; & in proposito temperandi semper Dei & Praelatorum voluntati, continentur omnes virtutes. Et quamuis non sit compendium absque aliquo dispendio, hoc tamen est valde iucundum, & suauis: nam cum semel & vno, ut dicitur, tractu voluntas propria relinquitur, aufertur tristitia; quae solet semper euenire quando aliquid accidit contra illam; & cum serid se conformat cum ea, quae Deus vult: vno etiam tractu ingreditur laetitia Nam (ut ait Ecclesiasticus) *nihil dulcius, quam respicere in mandatis Domini.* Denique est *efficax,* ad conscendendum montem altissimae perfectionis: nam Deo ipsi incumbunt vites praestare ad exequendum quicquid praecipit; & adiuuare ipsum obedientem, Quamobrem Sanctus Ioannes Climacus viam obedientiae appellat nauigationem securam, quae profectio fit ferè dormiendo, & exultat hominem coram ipso Deo. Nam (ut ait Sanctus Bonaventura) qui vivit sub obedientia, est sicut qui bona naui in mari nauigat, sub perito gubernatore. Nam si semper pergit, siue comedat, siue bibat, siue dormiat, siue negotia tractet, pergit absque via sollicitudine quia fidit nauis gubernatori: & cum minister

1. Luc. 10. 16.

b. Eccl. 23. 37.

*6. 4.
In Dist. 1. 4.
c. 2.*

cognat, inuenit se in ipso portu. Ita qui nauigat in Obedientia nauis, in omnibus quae facit, proficit, & ulterius progreditur. Nam siue dormiat, siue comedat, laboret, aut quiescat, negotia tractet, aut quiduis boni faciat: si id est Obedientia, in omnibus Deo placet, & aliquid promeretur; & in omnibus liber est ab anxia sollicitudine: quia omnes suas curas gubernatori ipsum nomine Dei gubernanti relinquit: in quo totam suam sollicitudinem praecipue collocat, sciens (vt ait Sanctus Petrus) quod *ipsi sit cura de nobis*; & quidem multo maior de eo, qui Diuinae ipsius gubernationi se totum committit, magna cum pace & securitate sperans, quod suo tempore sit ad optatum portum peruenturus. Nam ipsemet dixit: *d ego sum Dominus Deus tuus, gubernans te in via qua ambulat; ut inam attendisses mandata mea: facta fuisset sicut sterneret pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris*. Hinc etiam ortu habuit, quod Sancti Patres inter modos varios vitae Religiosae tutiorem ac securiorem semper indicarunt modum & ordinem Coenobitarum uiuentium cum subiectione vni Praelato, quam Eremitarum habitantium in solitudine, nec habentiam ibi superiorem, cui obtemperarent: nam hos carere fructu obedientiae; & solitudine attendendi suis rebus esse oneratos: illi vero utraque, haec commoditate gaudent, cum a Praelatis gubernantur: in quos omnes curas conijciunt. Nam (vt ait Cassianus) proprius horum Religiosorum finis est, propriam voluntatem mortificare, & crucifigere; nec sollicitos esse de castro. Et quamuis non perueniant ad excessus contemplationis, quam habent Eremitae, & solitarij; hic tamen defectus compensatur Obedientia humilis, & a curis expedita, quae est in Conuentibus. Nam (vt S. Thomas ait) Obedientia extollit merita & operum valorem, Et quocumque opus ex Obedientia factum magis placet Deo, maiusque praemium meretur, quam si ex propria electione fieret: quatenus oblationi ipsius operis coniungitur oblatio voluntatis & cordis: quod donum Deus plurius facit.

§. I.

PER GAMVS explicando amplius hanc veritatem ex eo gubernationis modo, quem Deus Dominus noster seruauit cum primis nostris parentibus in statu innocentiae, deducens eos per viam Obedientiae: eo quod illa certior esset, tutior, breuior, suauior, & efficacior; quae teneri poterat ad conseruanda septem praestantissima dona, quae illis dederat, ac promiserat: gratiam scilicet, & supernaturales virtutes, quae animam sanctificant; subiectionem carnis spiritui absque passionum rebellionem, sanitatem integritatem, & immortalitatem corporis: dominium pacificum omnium animantium; perpetuam in terreno paradiso habitationem; & promissionem, quod si ipsi in hac Obedientia perseverarent: omnia haec dona essent etiam ipsorum successio-

1. Pet. 5.7

d Isa. 48.17

Collat. 19.
c. 8. §. 5.2. 2. q. 126.
a. 3.

a Genes 2. 17

Lib. de peccatorum
meritis &
e 2. c. 11.
Tom. 7.De Consi-
tium. Monast.
c. 19.1.
Lib. 14. de
Civitate. c. 12.3.
b Ecc. 8. 30

c Prov. 31.

d Psal. 29. c.
c. 4

ribus communia; ac denique mutandum illis terrestrem paradysum in celestem, in quo æternum viverent felices ac beati. Ad hæc tanta dona conferuanda, & ampla aded promissa consequenda, vnicum tantum præceptum positum eis tradidit, dicens: *de ignoscencia boni & mali ne comit* quod erat obseruatu facile, vt facilis esset perseverantia in Obedientia, & omnibus his donis, cum summa pace & concordia gauderent. Quod igitur maius indicium Deus dare potuit, vt intelligeretur, quanti ipse faceret Obedientiam: quàm quod illam tanquam fundamentum iecerit status ad felicitatis, & conseruationis præstantium aded donorum, ac securitatis obnendi aded ingentia promissa? Explicat hoc Sanctus Augustinus in hunc modum: seruiebant parentes nostri Deo cum Obedientia, quæ illis fuerat valde commendata, & qua solus Deus honoratur: quæ quàm magna sit, ac sufficiens ad creaturam rationalem sub Domini protectione retinendam: non potuit melius ostendi, quàm imposito præcepto, ne fructum comederent, qui aliàs non erat malus.

EODEM CONSILIO VSUS est Dominus noster in Religione cuius finis (vt ait Sanctus Basilius) est, restituere nos eo modo, quo perferri, felicitati illi, quæ fuit in statu Innocentiæ. Fauet enim ipse Dominus Religiosis, tribuens eis dona & promissa prædicta: quæ omnia pro fundamento, cui innituntur, habent Obedientiam, qua obtinentur, & septem aliæ excellentiæ conseruantur, sicut prædictæ, felicitis illius status. Nam Obedientia conseruat augetque gratiam, & reliquas virtutes supernarum. Imò Sanctus Augustinus eam appellat matrem & custodem omnium reliquarum: matrem, quia illas generat ac nutrit; custodem, quia illas conseruat ac protegit.

Deinde per Obedientiam Caro subijcitur spiritui; & passiones rationam si voluntas humana seipsam abnegat, vt Diuinæ conformetur: Deum ei ita fauet, vt eius appetitiones ipsi seie accommodent. Ac propterea ecclesiasticus vtrasque simul coniunxit dicens: *b post concupiscencia tua non uita, & à voluntate tua auertere.* Sanitatem etiam corporis conseruat Obedientia; eamque producit iuxta illud Salomonis: *c Fili mi, ne obliuiscaru Legem meam, & præcepta mea cor tuum custodiat, longitudinem enim dierum, & sanam vitam, & pacem apponent tibi.* Et quamuis à temporali morte non præseruet: efficit tamen vitam aliam felicioram, quæ nunquam habet finem. Scriptum est enim: *d Quoniam vita in voluntate Dei est: & is eam obtinet vitam, qui eius explet voluntatem.* Sicut insignis ille obediens Acharius de quo refert Sanctus Ioannes Climacus, quod cum esset sepultus, & à Sancto quodam Abbate interrogaretur, an esset mortuus; respondit: quomodo est possibile, Pater, vt obediens moriatur. Perfectæ quoque Obedientie

subijciuntur ferae, pacem quae cum iustis colunt: quibus propterea creaturae obediunt: quia ipsi obediunt Creatori: quemadmodum saepe obediunt Sanctis Martyribus, Sancto Francisco, aliisque Sanctis Eremitis. qualis ille fuit, qui ad Obedientiam sui Abbatis leenam cepit, & ad ipsum peruenit: & ita impletur quod scribitur in Iob: *Bestias terrae non formidabis, quia pacifica erunt tibi*, quatenus id ad obsequium Deo praestandum expediet. Praeterea Obedientia est quae constantem & perseverantem adfert habitationem in Paradylo Religionis; eademque plenitudinem obtinet deliciarum & consolationum caelestium, quae per centuplum significantur: nec vllas ab hoc Paradylo rejicitur, nisi propter inobedientiam. Ex quo etiam provenit, ut Religiosorum obedientia continuare faciat, & vigere vigorem sui instituti in Successoribus. Cum enim ipsi fervore suo eum rigorem serrent, eundemque spiritum Successoribus suis commuicant: remnnerat Deus in filiis, parentum Obedientiam. Et Rechabitis, qui erant quasi Religiosi, promisit Deus in praemium insignis eorum obedientiae: *non defuturum eorum de eorum stirpe, qui staret in conspectu ipsius cunctis diebus*. Per Obedientiam denique obtinetur palma victoriae, & vita aeterna. Scriptum est enim: *Si vis ad vitam ingredi serva mandata*. Et h *Vir obediens loquetur virtutum*: eius enim obedientiae debetur vltima corona gloria.

S I D Q V I D I C O vltimam? potius dicendum erat: totam vitam perfecti obedientis esse continuam quandam victoriam: triumphat enim semper de omnibus suis hostibus: quia vincit omnia vincibilia eo modo quo vinci possunt. Et haec sunt illa septem, quae iam insinuavimus: peccata scilicet ac vitia maximos nostros hostes: carnis passiones; proprii iudicij rebellionem; id & voluntatis propriae tentationes Daemonum; feritatem & molestationem animalium, & reliquarum rerum, quae sensu carent; contradictionem denique & calumnias hominum saecularium. Nam, ut idem Salomon ait: *i* *am placuerint Domino via hominis, inimicos quoque eius convertet ad pacem*: quos etiam nostris pedibus subijciat. quia nos ipsos eius voluntati subijcimus in omnibus, quae de nobis constituit. Ac propterea Hebraeis dixit: *k* *Si custodieritis mandata, quae ego precipio vobis, & feceritis ea: disperdet Dominus gentes istas ante faciem vestram: & possidebitis eas, quae maiores & fortiores vobis sunt*.

S I D his omnibus addamus, quod Obedientia vincat etiam Deum ipsum, alius invincibilem: deducens eum ad faciendam voluntatem ipsi obedienti nulla enim re ad eum deducere possumus, ad faciendum quod petimus: atque cum facimus quod ipse praecipit; & amplectimur quod vult. Ac propterea S. Bonaventura dixit: eos, qui hanc habent cum Deo conformitatem, esse quasi Deos omnipotentes in sua voluntate: nam vniertes eam cum I e,

e Iob. 3. 22.

5.

6.

f Ierem. 3. 19

7.

g Mat. 19. 17

h Pro. 22. 28

i Pro. 16. 7.

k Deut. 31.

122.

En dicitur sa.

lucis 5. 1.

rom. 8.

1. Apoc. 2. 7.
11. 17. 26.

m cap. 3. 5.
12. 1.

voluntate, possunt in eo quicquid volunt. Ex quo fit, ut septem illa præmia, quæ Christus Dominus noster in Apocalypsi promisit, non solum ei, qui vicit prius; sed etiam nunc vincenti: omnia pertineant ad obedientem, qui est propriè vincens. Nam ita vincendo pergit, sicut obediendo. Primum præmium est, cum dicit: *vincenti dabo edere de ligno vite, quod est in Paradiso Dei.* Secundum: *qui vicerit non ledetur à morte secunda.* Tertium: *vincenti dabo manna Absconditum & calculum candidum; & in calculo nomen novum, quod nemo scit, nisi qui accipit.* Quartum: *qui vicerit & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes.* Quintum: *in qui vicerit, vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vite.* Sextum: *qui vicerit faciet eum columnam in templo Dei mei.* Septimum: *qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo.* Quod verò hæc præmia obedienti promittantur, indicium est, quod ad singula repetat verba illa: *qui habet aures audiendi audiat, & spiritus dicat Ecclesia.* Per Ecclesiam enim virtutem significat Obedientiam, quæ verbum Dei audit, & custodit. Cum magno verò mysterio aliquando hæc verba ponit, antequam præmia exprimat; aliquando autem post expresserit obediens animetur ad seipsum vincendum; & promptè obediendum spe præmiorum, quæ accepturus est; & ea eorum parte, quæ datur cum vincit, quasi prompta pecunia præmium reddatur, quod, dum se vincit, promeretur.

§. II.

ALIA ADHUC superest via magna OBEDIENTIA bona cognoscendi: consideratio scilicet grauium incommodorum & malorum, quæ adfert INOBEDIENTIA. Nam ut Philosophi dicunt: illud est melius, cuius oppositum est peius; & illud magis amatur, plus fit & maior præmio à Deo remuneratur: cuius contrarium magis ipse odit, contemnit ac punit: talis autem est Obedientia. Ascendamus (ait Sanctus Augustinus) ad montem Obedientie; & impleamus, quod Deo promisimus: nihil enim est Obedientiæ præstantius; nec peius inobedientiæ. Adamus perijt: quia fuit inobediens; Christus autem resurrexit: quia obediuit Patri suo.

Hoc exemplum sufficeret ad cognoscendam grauitatem huius peccati: quod fuit radix omnium peccatorum & miseriarum huius mundi: cuius pena non potuissent secundum æqualitatem reparari, nisi per Dei incarnationem Obedientiam: Iuxta illud Apostolica: *sicut per inobedientiam vnus hominum peccatores constituti sunt multi: ita per vnus obeditionem, iusti constituentur multi.* Inobediencia enim Adami in causa fuit, cur omnes ab eo descendentes eius originali culpa nascerentur, & subiecti essent miserijs, quas ipse propter eam incurrit, quæ fuerunt septem valde lætuosæ. Quarum prima fuit, b quod oculi

Serm. 14.
ad Fratres
in Tramo.

1a Rom. 5. 19

I.
b Genes. 3. 7

aperire, qui prius clausi tenebantur; & oculos corporis & animæ perturba-
 rent: vt ipsa experientia viderent ac sentirent miseras, quas antea non sen-
 tiebant; & dilaberentur in curiositates & iudicia temeraria contra proxi-
 mos, & in data superiorum; & ad videndos modos, quibus culpam suam te-
 gereut, aut excusarent; & ad reliqua, quæ sunt esca peccati. *Secunda* miseria
 fuit, quod animæ nuditatem adferret, exuendo illam gratiã & iusticia origi-
 nali, ac reliquis supernaturalibus donis: quæ in illo felici statu eam exorna-
 bant: iuxta illud quod scriptum est: *c nudans spoliavit eam, & proiecit eam*, quasi
 mulierem, ita vt miseri homines æquè nudi nascantur in anima, atque in cor-
 pore. Et hinc *Tertia* miseria, damnumque profluxit: rebellio scilicet carnis
 contra spiritum; & sensualitatis contra rationem: nam passiones (vt ait San-
 ctus Augustinus) rebellant contra eam; quia spiritus rebellavit cõtra De-
 um. Ita vt inobedientia animum addiderit d latronibus contra hominem de-
 scendentem a *Jerusalem in Iericho*: vt illum spoliarent pulcherrimis virtutum in-
 dumentis, & plagas imponerent à pedibus usque ad caput in omnibus eius fa-
 sciculis, & potentijs: *relinquentes eum semivivum, & semimortuum*. Pestis
 enim inobedientiæ, etsi libertatem ei non abstulit; cum tanta tamen ad bo-
 num faciendum debilitate; tantaque propensione ad malum illum reliquit:
 vt hoc omnino sequatur, propriam sequens voluntatem, Diuinamque con-
 culcans. Post hoc detrimentum secutum est *quartum*: confusio scilicet &
 pudor, quod se nudos viderent, turpesque motus experirentur, quos nun-
 quam antea senserant. Ex quo provenit, vt statim, atque strepitum senserunt
 Domini ad ipsos venientis, sese pudore affectos absconderint e *vocem*, in-
 qui: *tuam audivi in Paradiso: & timui, eò quod nudus essem, & abscondi me*. O
 quantum est malum inobedientia, quæ sic hominem abijcit, vt non habeat
 animum in diuina Præsencia comparendi, fugiat Deum, & abscondat sese,
 ne illum videat, meritam timens reprehensionem. Sed neque Deum fugere
 potest; nec fuga, quam conatur, ei prodest: siquidem nec potest fugere seip-
 sum; neque reprehensionem, & cruciatum vitare, quem adfert illi propria
 conscientia. Et quamuis folijs ficus partem illam cooperuerit, quæ maiorem
 illi pudorem adferebat: semper tamen erubescibat, quod se nudum videret:
 nulla enim humana diligentia sufficit ad culpæ pudorem remouendum
 quamdiu Deus illum non remittit. Sed neque hic fuit damnorum inobe-
 dientia finis: quia tria alia attulit corpori valde graua: quorum vnum fuit,
 perturbatio & inordinatio humorum corporis, qui tunc quasi fræno quo-
 dam continebantur. Ex qua perturbatione morbi oriuntur, dolores, &
 ipsa mors, quam Deus in pœnam fuerat minatus. Alterum damnum fuit
 inobedientiæ audacia brutorum animalium: quæ prius erant illi ad
 nutum subiecta; nunc autem contra ipsum se erigunt, inuadunt, & per-

Vide Lau-
 ren Iustin-
 lib de Obed.
 c. 2.

2.

c Ios 1. 7.
 Osee 2. 3.

3.

d Luc. 10. 30

4.

c Gen. 3. 10.

Sapient. 5.
8. 21.

sequuntur. Ac denique quod expulsus fuerit e Paradiso voluptatis, & exul missus in hunc miserum mundum, & vallem lacrymarum: vbi iniurie temporum elementorum asperitas, & furia crudelitatesque hominum mortuae, carnifices sunt inobediētia. A quo tempore cœpit opere impleri quod Sapiens dixit: *Armabit Sapientia creaturam ad ultionem inimicorum, & pugnet cum illo orbis terrarum contra insensatos, hoc est rebelles & inobedientes.* Cum tamen hoc totum veluti pictura quædam sit, si conferatur cum expulsiōne à Paradiso cœlesti, & damnatione ad inferni carcerem, quem inobediētia replet: & hac remota, non fuisset opus igne eius æterno.

QVID autem dicemus de horrendis supplicijs ac pœnis, quibus Deus Dominus noster punit renouantes hanc inobediētiā, imitantes patrem suum Adamum? non parit regnis, non Regibus, non Pontificibus, nec Prophetis: etiam si prius fuerint sanctissimi, magnaque ediderint miracula, & egregia facinora. Nam accedente inobediētia & repugnantia; nec amicitia amplius nec pax superest cum Deo. Inobediētia Pharaonis eiusque populi, causa fuit decem plagarum Egypti: & prout rebellio ac pertinacia crecebat: ita aug: bantur plagæ. Cur Hebræi fuerunt in deserto ad eod horrenda flagellis puniti: nisi, quod audientes Dei vocem, rebelles ei & inobedientes fuerunt? Hæc inobediētia abstulit Sacerdoti Heli, eiusque filijs dignitatem sacerdotalem, & ipsam vitam. Hæc Saulem vitæ & regno spoliat, sibi & suis successoribus. Propter hanc Ionas missus fuit in mare, & à Cete pisce deuoratus: vbi perijisset absque vllō remedio, nisi propositum obediēdi illi adfuisset. Propter hanc quidam alius Propheta, qui magna etiam miracula ediderat, fuit à leone interfectus: & fera, quæ inobediētis corpus inuasit iumentum tangere non est ausa; quod symbolum erat subiectionis, quam suo Creatori debuit exhibere. Denique vxorem Loth inobediētia mutauit in statuam salis ad cautelam omnium inobediētiarum; nam aliquorū pœna multos debet in officio continere.

Quis igitur ex his non videat stupenda obediētiæ commoda, quæ à tot damnis liberat; totque supplicia & pœnas auertit? Quod si misere incidisti in aliqua inobediētiæ mala: non est alia via eis euadendi; quàm vt redeas ad viam Obediētiæ. Illa enim tegit animæ nuditatem, pudorē auertit, & confusionem culpæ, & animum addit, vt aperta facie audeat coram Deo comparere. *g Tunc (ait Dauid) nō confundar cum per: spexero in omnibus mandatis tuis.* O Sancta Obediētia (ait Sanctus Augustinus): quid de te dicam? sponsa es Dei vini, perfecta cœli scala, & currus in quo iustus sicut Elias defertur in Paradysum. Tu porta es per quam iusti in cœlos intrant, tu es clausura, ne peccatores, qui ad te redeunt teque amplectuntur, ad inferos descendant. Tu humilitatem nutris, Patientiam exerces, complectis

g Psal. 118. 6
Serm. 7. ad
Frat. in E-
remo.

mansue-

mansuetudinem. Sitis igitur fratres obedientes : dantes Casari quod est Casaris, & Deo, quod est Dei. vt locupletissimis gratiæ & gloriæ suæ donis Obedientiam vestram remuneret in æternum, Amen.

CAPVT XIII.

DE MODO SIT OBEDIENDVM DEO, ET OMNIBUS Superioribus, bonis & malis, qui eius nomine gubernant.

QUAMVIS OBEDIENTIÆ VOTVM sit omnibus Religionibus commune: non tamen est sicut votum Castitatis: quod quoad substantiam est in omnibus æquale; sed sicut votum Paupertatis: quod varios habet gradus. Et (vt Sanctus Bonaventura ait) aliquæ Religiones excelsiorem profitentur obedientiam, quàm aliæ. Quod ex varijs causis & radicibus provenire potest, ob rerum varietatem; quæ ad huius virtutis perfectionem confluunt. Aliæ ex parte eorum, quibus Obedientia, debetur; & rerum in quibus illa præstatur: aliæ ex parte subditorum, qui obediunt; & ipsius modi obediendi. Illa autem Religio excelsiorem ac perfectiorem censetur obedientiam profiteri: cuius Regulæ maiori cum perfectione conseruentur quicquid ad quatuor has radices pertinet, vt ex ijs apparebit, quæ de unaquaque earum adferemus: quamuis, quòd omnes valde inter se sint collegatæ non facillè poterunt aliæ sine alijs explicari. Quicumque tamen suæ perfectionis erit cupidus, contèdere debet, in omnibus eminere: quòd enim magis in Obedientiæ gradibus proficiet eò etiam crescat amplius in propria statùs sui perfectione. Illud tamen aduertendum: non attendi hic gradus Obedientiæ, aut inobedienciæ, eo solo nomine, quòd sit specialis virtus aut speciale vitium, quod amplectatur, aut reiiciat rem, quæ est præcepta aut prohibita; sed etiam ratione quadam generali; quæ, vt dictum est, omnes virtutes & vitia comitatur.

Nam executio omnium bonorum operum, vniuersim appellatur Obedientia: eò quòd sit Dei voluntati conformis, omnis verò omisso, & opus prauum, quacunque id intentione fiat, erit inobediencia. Et in hoc sensu dicit S. Ambrosius: peccatum non aliud esse, quàm inobediencia contra Dei legem. Iuxta quam doctrinam, omnes gradus Obedientiæ, quos ostendimus pertinent vniuersim ad omnes Christianos circa præcepta ipsius tradita: sed præcipuè, & cum maiori excellentia pertinent ad Religiosos, quos, nullo excepto, Obedientiæ votum obstringit Religionis enim Hierarchia, etiamsi varios habeat personarum gradus, omnes tamen aliquam habent subordinationem. Particulares enim Conuentuum Religiosi debent

In expof.
Reg. Mino-
rum c. 1.

Ex S. Tho.
2. 2. q. 104.
a. 2. ad 1.
Lib. 2. de
Paradyfo
c. 8.

debent immediato suo Superiori & Prælato obedire; & hic Prouincialibus autem Generali: omnes autem tam maiores quàm minores obedire debent Summo Pontifici; qui est Christi Domini nostri vicarius in terra. Quæ etiam debet ipsimet Christo obedire, & iuxta ipsius leges alios gubernare. Quò etiam Prælatus erit maior: eò eius obediètia ad sibi Superiorem magis gloriosa est ac necessaria: ob exemplum bonum, quod alijs merito dari debet; inobediètia autem eius erit etiam perniciosior, ob scandalum & malum exemplum reliquis datum. Et fortè licet etiam hic in eodem genere, permittente Deo, vt nec subditi ipsi obediant: sicut ipse suis maioribus non obedit. Contra verò etiam hic remunerabit gratiam ipsam obediètiæ, efficiens, vt & subditi similem erga ipsum habeant. Non præterito tamen illud insinuare: quod subditorum fors, etsi arctior & constrictior, sit tamen securior ac felicitior. Quare pulchrè Sanctus Bernardus ait: subditi Religionum transire copiosum huius mundi fluium, non pedibus vadentes, sicut sæculares: qui submersiōis periculo sunt expositi; neque nauis, sicut Prælati qui cum maiori laxitate per quæcumque fluminis partem traiciunt: non tamen absque periculo: sed traiciunt per pontem, quæ via plana est ac securâ; custodientes suas Regulas & obedièntes superioribus. Quò etiam minus habent libertatis, eò habent plus securitatis.

I.

INCIPIENTES igitur ab Obedièntia ex parte personarum, quibus ea debetur: hæc habet multos gradus, quorum omnium fundamentum est Obedièntia Deo Domino nostro debita, qui primus est; cui obedire tenentur: eò quòd vnicus sit, & supremus Dominus, Creator, & vniuersalis gubernator magnæ huius mundi domus, & omnium creaturarum quas ille completur. Quo nomine omnes tam Angeli, quàm homines tenentur, non proprio suo iudicio se ipsos gubernare, sed Legibus ac Præceptis ab iplo traditis. Hæc ratio Sanctum Iob permouit, vt diceret a *A mandatis labiorum eius non recessi, & in sinu meo abscondi verba oris eius. Ipse enim solus est, & nemo auertens potest cogitationem eius; & anima eius quodcumque voluit, hoc fecit.* Quòd idem est, (vt Sanctus Gregorius explicat) atque si dixisset: obedio Deo, eò quòd ipse sit vnicus Dominus & gubernator omnium; à quo reliqui accipiunt gubernationem, quam habent, adeoque est potens & Sapiens, vt nullus possit eius impedire consilia, vt facere prætermittat, quòd efficaciter fieri voluit. Quamobrem magnæ prudentiæ est, libenter ei obedire meaque obedièntiam voluntatem & gratiam ipsius ad me allicere. Huc accedit, quòd Angeli & homines speciali Dei gratiâ eleuati sint ad supernum quendam finem, naturam eorum superantem, & consistentem in clara Dei visione, quæ obtruncata est per media & præcepta rerum supernaturalium, ipsimet fini proportionatarum. Et in his tenentur obedire Deo titulo Saluatoris, & glorificationis

Serm. de
cribus ordi-
nib. Ecclesi.

S. Tho. 2. 2.
q. 104. a. 4.
a. Iob. 13. 12.

ibidem.

sequentes

sequentes directionem sibi ab eo propositam. Cum autem nec intellectus humanus, nec Angelicus per seiplos solos sufficiant ad cognoscendum quicquid ad ipsorum gubernationem in rebus ad eod excelsis pertinet: tenentur obsequare sese, & iudicium suum captinare in obsequium Dei sui, audientes & credentes quod ipsis dicit, & opere exequentes, quod precipit. Et hanc in Sanctus Augustinus, fuisse supremam Luciferi eiusque sequacium Angelorum superbiam: quod voluerunt esse sicut Deus, qui nemini subest, nec eius gubernationi subijcere se voluerunt. Et in eandem superbiam impigerunt etiam primi nostri parentes, volentes liberi esse, & absque subiectione vivere: ac propterea Dei preceptum concularunt. At Sanctus Michael eiusque socij Angeli fundarunt se in humilitate, agnoscetes se creaturas, ex se ipsis ignatas, debiles, Deoque suo subiectas; ideoque perfecte amplexi sunt obedientiam & obedientiam Creatori suo; de qua semper gloriati sunt, & gloriantur tanquam ministri, & famuli destinati ad faciendum, quicquid eorum Dominus mandare dignabitur. Quorum obedientiam voluit Saluator noster, homines imitari ideoque iubet, nos petere, ut Patris voluntas fiat in terra, sicut in caelo. Hic primus obedientiae gradus absolute est excellentissimus, & vim habens omnes obligandi: licet aliquid ulterius habeat secundus gradus, qui est obediendi alijs propter ipsummet Deum. Quem, ait Sanctus Bonaventura, in hoc priorem excedere, quod indicium praebeat maioris humilitatis, & subiectionis. cum non solum supremo gubernatori obediat, quod omnibus est honorificum; sed alijs etiam creaturis, quas ille suo loco substituit. Quod duobus modis fit primam ob generalem suam providentiam, qua constituit, varios esse gradus maiorum & minorum; & ut minores pareant maioribus, a quibus gubernantur. Ita ut intra ipsosmet Angelos (ut aiunt Sancti Patres, & ex ipsa scriptura sacra deducitur) haec ostendatur subiectio & Obedientia aliorum ad alios, innixa praestantiae naturae & gratiae, quam vna Hierarchia habet super aliam. Inter homines tamen constituitur varijs causis, propter quas filij tenentur obedire parentibus, uxores viris suis, famuli heris; serui Dominis; & ciues omnibus gubernatoribus, ac iudicibus iuxta generalem Apostoli sententiam, dicentis: *b Omnis anima quae est sub minoribus subdita sit. non est enim potestas nisi a Deo: quae autem sunt, a Deo ordinatae sunt.* Qui ordo exigit, ut in qualibet republica, Ciuitate, ac como sit caput aliquod, cui reliqui obediant, & subijcantur. Alias magna esset confusio ac discordia: regnum autem & familia quaeque diuisa omnino perit. Ac propterea Sanctus Augustinus dixit: quod Obedientia terret concordiam in Angelis, pacem in Monachis, & in ciuibus tranquillitatem: sine qua nec respublica diu stare, nec familia bene regi potest. In quo tamen gradu multo amplius eminet obedientia Religiosorum, qui sponte

De verbis
Domini.
Serm. 14.
tom. 10.

2.
De grad.
virs. c. 2.

S Diony. c.
Caes. l. l. i.
rar.

S Greg. Ho
mi. 14. in
Euang.

S. Ber. Ho
mil. 1. spe
Missus est
Zacha. 2.

Apoc. 7. c.
10.

b Rom. 13.
Serm. 7. ad
Erat. in E
remo.

d. *Isaia. 1. 6.*c. *Luca. 2. 51.*
*Mat. 16. 24.**In Duca spi-*
rit. tract. 4.
*c. 2.**Lib. 2. in l.*
Reg. 6. 4.
ante mediū.
*f. 1. Reg. 3. 10.**De Constit.*
*Monast. c. 10.*3.
S. Bonif. M.
Supra.

sua vitam perfectam profitentur, seseque obstringunt voto obediendi Prælati & maioribus: non solum ob generalem rationem, quod in omnibus communitatibus debet esse aliquis; qui illas regat, cui reliqui subijciantur: sed ob alias magis particulares, & magnæ perfectionis. *Primum*, ut occasionem habeant sese amplius humiliandi, subijciētes se alteri homini: qui more & ordine huius mundi non est maior, imò sæpe minor, ut insinuat *Isaia*, cū dixit: *d. Puer paruulus minabit eos.* Quod (ut ait *S. Hieronymus*) impletur, cū huius mundi magnates obediunt humilibus Ecclesiæ Pastoribus. Deinde, ut imitentur in hoc Obedientiam & humilitatem filij Dei, qui factus homo, non solum æterno suo Patri, sed alijs etiam hominibus obediuit, dicente *S. Luca* quod *e erat subditus illis*, Sancto scilicet *Ioseph*, & virgini matri suæ. *Tertio*, ut habeant occasionem mortificandi & vincendi seipso, abnegantes proprium iudicium & voluntatem, ut alienam sequantur. Impletur quod dixit *Saluator*. *f. Qui vult venire post me abneget semetipsum.* *Quarto*, ut procul magis sint à periculo errandi, ac decipiendi seipso: cum habeant in loco superiore Magistrum, qui ipso doceat; consiliarium, qui moneat; medicum, qui curet; Ducem, qui ducat; & protectorem, qui ipso tueatur & defendat. Ac deniq; propter reliqua omnia bona & utilitates prædictas ipsius Obedientiæ, tum in proximo capite, tum in alijs nostris tractatibus recensitas.

Et Hic Obedientiæ modus ita placet Deo, ut ipsemet per Superiores, quos constituit, dirigat quicquid intendit facere cum suis electis. Quod pulchrè perpendit *Sanctus Gregorius* in exemplo *Samuelis*, quem *Dominus* vocauit voce simili voci *Heli* Prælati sui, ut ipsum accederet; & quid vellet, interrogaret. Nec prius voluit *Dominus* voluntatem suam aperire, donec *Samuel*, parendo *Heli* mandato, Deo dixit. *f. Loquere Domine: quia audiui sermone tuus.* Ut intelligatur, ipsum velle, ut etiam desideria, quæ ipse inspirat, executioni mandentur cum facultate superiorum: Opus namq; subditi (ait *idem Sanctus*) diuinitus inspiratum, tunc gratum Deo esse cognoscitur, si maioris imperio, aut permissione peragatur. Et quid aliud est, Deum vocem imitari *Sacerdotis Heli*, quàm significare: Vocem Prælati, esse vocem Dei: ipsumq; Deum per os Prælati loqui: cū hic aliquid eius nomine præcipiat. Ex quo *Sanctus Basilias* deducit, quod quemadmodum *Deus*, qui Pater est omnium summam à filijs suis exigit Obedientiam: ita *spiritualis Religiosorum Pater*, qui eis iuxta Dei Leges & Præscripta gubernat: merito ab eis requirat Obedientiam perfectissimam: cū non ipsi propter ipsam Obediant, sed propter locum & officium, quo fungitur, in quo refert ipsum Deum.

SED vterius pergit in hoc obediētiæ modo tertius eius gradus: qui subijcitur non solum Prælati bonis ac sanctis, quorum vita conformis est vita

Suprema

Supremi Gubernatoris Christi Domini nostri; sed etiam improbis, & in
 vna modoque gubernandi peruersis: modò quod iubet, non fit malum.
 Id quod expressè docuit Sanctus Petrus Apostolus, dicens seruis: *g subditi*
estis Dominis, non tantum bonis, & modestis, sed etiam discolis: hæc est enim gratia,
 & eisdem maximi facienda, vt suo loco perpendimus. Quantò igitur am-
 plius tenebuntur Religiosi obedire suis Prælati, quos loco Dei habent? Si
 enim Deus aded est bonus, vt etiam si illi mali sint, ab officio tamen illis in-
 nocentio eos non remoueat: æquum est, subditum aded esse bonum, vt nec
 ipse eis obedire prætermittat; sed custodiat Christi Domini nostri Consi-
 tum illud & monitum, quod suis discipulis proposuit: *h super Cathedram*
Moyse sederunt Scriba & Pharisei: Omnia ergo quacumq; dixerint vobis, seruate &
facite: secundum opera verò eorum nolite facere. quasi distinctiùs eis dixisset: cū
 Cathedra, in qua illi sedent; & autoritas, qua funguntur bona sit; nec eos
 Deus ab ea remouet: obedite eis, & imperata facite: nihil enim vobis nocet
 eorum malitia, modò in ea eos non imitemini. Hoc ipsum perpendit S.
 Gregorius in exemplo Samuelis, cui Deus cõstituerat reuelare magna sup-
 plicia quæ eius Prælato, & Magistro Heli, propter propria eius peccata, in-
 terre cogitabat. Et nihilominus hanc reuelationem non priùs aperire ei
 voluit, quam ad ipsum Heli eius Magistrum, vt dictum est, dirigeret. Vt ex
 hoc (ait) intelligamus: semper mandata maiorum esse veneranda, etiam si
 eorum vita sit contemptibilis. Quamobrem Superbi, eorum doctrinam
 contemnunt, humiles verò, qui eam audiunt, extolluntur ad culmen fami-
 liaris consuetudinis cum ipso Deo. Nec debet subditi valde esse anxij, quòd
 tales ipsis obtigerint Superiores: Sicut nec ipsi Superiores, quòd rebelles
 habeant subditos. Diuina enim prouidentia totum hoc permittit in bonum
 suorum electorum: conuertens in eorum vtilitatem aliena mala, ac dispen-
 dit. Per subditos inobedientes exercet Deus bonos Superiores; & per hos
 imprudentes & seueros exercet cælatq; bonos subditos: vt eorum Patien-
 tia & mansuetudo magis augeatur, & Obedientia ac humilitas maiori sit ad-
 mirationi: quia in ministro improbo agnoscunt vocem, & autoritatem ip-
 sius Christi.

POSSVMVS cum S Bonauentura addere hic quartum Obedientiæ gradum;
 quo illa non solum Prælati & maioribus sese subijcit; sed extendit se etiam
 ad omnes homines, eum in modum, quo dixit Apostolus: *In humilitate Sa-*
seruiores vobis inuicem arbitramini, & k subiecti estote inuicem in timore Christi. Et
 S. Petrus: *Subiecti estote omni humanae Creaturae propter Deum.* Quod intelligē-
 di est, quoad affectum, & internam animæ promptitudinē; vt quisq; paratus
 sit iudicium & voluntatem suam, aliorum iudicio & voluntati, etiã maiorū,
 subijcere: quando id expediet ad gloriam Dei; & ipsa prudentia faciendū

g. 1. Petr. 2:
(8.)

Tomo 2.

tract. 3. c. 2.

S. Laur. In-

stituta.

Lib. de Obe-

dient. c. 12.

h. Mat. 23. 2.

4.

In speculo

disciplina.

parte. 1. c. 4.

i. Philip. 2. 3.

k. Ephes. 5.

21.

1. Petr. 2.

13.

dictauerit, vt sic propèdeat semper magis ad subiectionem & Obedientiam, quam ad superioritatem aut imperium. Præcipuè cum Dominus noster non raro minoribus vtatur, ad instruendos maiores; & per paruos, voluntatem suam magnis aperiat. Et interdum per subditos loquatur Superioribus, sicut per Samuelem loquutus est; & aperuit cõsilia sua Summo Sacerdoti Heli. Et qui humilis esse cupit, & excellenter obediens, etiam si Prælati senior, & eruditus: paratus esse debet (vt Sanctus Augustinus de seiplo dicebat) alterius etiam inferioris iudicium sequi in omnibus. Qui Obedientia gradus securius potest in Religione ad praxin deduci, & nominatim ab ipsius Nouitijs, & Tyronibus; humiliantibus sese ac subijcientibus alijs omnibus in quacunque re aliquid ipsis iuberetur: modò tamen non contra Regulam, aut ordinem superiorum. Hac enim ratione proficient amplius in mortificatione sui iudicij, & voluntatis propria; & in ipsius obedientia perfectione. Siquidem, qui sibi æquali aut minori obedit: melius etiam obedit maiori. Et cum Christus Dominus noster se subiecerit minoribus: quid magnum erit, quod eius discipuli, etiam minoribus se subijciant. Iuxta id quod fides Dominus dixit suo Præcurfiori excusanti se ab eo baptizando: *me decet nos implere omnem iustitiam. Te quidem parentem meo præcepto, qui maior sum; & me subijcientem me tibi qui minor es.*

m Mat. 3. 15.

CAPVT XIV.

RES IN QUIBVS EST OBEDIENDVM, ET DEFECTVS
contra hunc Obedientia gradum.

EDICTIS IN PROXIMO CAPITE transire licet ad gradus, quos hæc virtus habet ex parte rerum: in quibus Obedientia est præstanda. Supponendum est autem; (vt Sanctus Thomas aduertit) Deo Domino nostro parendum esse in rebus omnibus, quas iubet nulla excepta, nisi sint actus interni, qui ad solum cor spectant: statim enim atque constat, quid ipsum iubere: non potest id non esse bonum & studiosum. Quemadmodum enim ex eo quod ipse sit summa veritas, nihil quod falsum sit, reuelare potest: ita ex eo quod sit summa bonitas, nihil potest iubere, quod malum sit. Et quemadmodum Fides inclinatur ad credendum quicquid Deus reuelat, iudicans, illud esse verum; etiam si intellectus non allequatur eius rationem: ita obedientia impellit, ad implendum quicquid Deus iubet, iudicans, illud esse iustum; quamuis interdum Præcepti rationem non satis intelligat sicut contigit in aliquibus rebus extraordinarijs, quas iussit obsequi, quos mox subijciemus. Nam ordinariæ semper ad eum sunt cum ratione coniunctæ, vt David a Præcepta Domini appellet lucida. Et testimonia eius credibilibus nimis. In hac tamen Obedientia tres gradus distinguere licet. PRIMVS, &

Deo parendum est in omnibus.

a Psal. 139.
b Psal. 92. 5.

quidem maximè necessarius est, implere mandata legis naturalis, & Evangelicæ: in quibus omnes virtutum actus ad salutem nostram necessarij indicati sunt. Qualis est credere, sperare, honorare, & amare Deum, alijque similes. Ad quem gradum spectat obedientia Diuinis inspirationibus & vocationibus debita: per quas Dominus noiter in particulari nos impellit ad horum Præceptorum executionem; quibus si resistatur, est inobedientia. Sed cum alij sint actus virtutis ex consilio tantum, ad maiorem perfectionem obtinendam, nostramque salutem securiorem reddendam: hi actus sunt materia *Secundi* gradus Obedientia: quatenus indicia sunt voluntatis ac desiderij, quo ipse Dominus tenetur, vt omnes perfecti simus. Et qui hoc sine & intentione eos exercet existimans, ita Deum velle, & illi placere: talis inquam, præstantiorem exercet Obedientiã. Consilium enim non aliud est quam quòd ipse Dominus noster insinuet: placere quidem sibi si id præstet: sed nolle, te ad id præstandum obligare. Perfectè autem obediens respondet: O Domine etiam si intelligam, quòd nolis me obligare: volo tamen id facere, vt tibi placeam. Ad hunc Obedientiæ gradum spectat, obsequi inspirationibus Diuinis, significantibus nobis, quid ipse Dominus à nobis velit, circa huiusmodi consilia. Et hinc *tertius* prouenit Obedientiæ gradus: cum scilicet Deus inspirat res valde arduas, valdeque perfectas, qualis est Castitatis perpetua, Religionis, & perfectionis ad infideles, aut hæreticos convertendos, & alia similes. Et sic explentur & perficiuntur tres modi *legi* gradus *e voluntatis Dei*, quam Apostolus appellat, *bonam, beneplacentem, ac perfectam.*

c Rom. 12.2

§. I.

Obedientia Regularum, & ordinationum Prælatorum.

SIMILES ALII GRADVS INVENIRI possunt in Obedientia Religiosa, quæ complectitur Regulas & Ordinationes Superiorum. In quibus (teste Sancto Thoma) sunt quædam de Præcepto: qualia sunt, quæ spectant ad ipsa vota; & ad quæ ipsa Regula expressè intendit ad culpam obligare transgredientem; & cum ipse Prælati in virtute sanctæ Obedientiæ aliquid iniungit. Et hæc omnia pertinent ad primum obedientiæ gradum. cuius transgressio peccatum erit grauius, aut leuius iuxta materiæ præceptæ grauitatem. Sed præter hæc, multa in Regulis continentur, quæ de Præcepto non sunt, nec sub aliqua culpa obligant: quia solum sunt directiones & Ordinationes, aut statuta, quæ iuuant ad obuinendam celsitudinem perfectionis, quam tales Religiosi sectantur. Quare transgressores tantum sunt rei poenæ in eis præscriptæ, aut à Prælato constituendæ. Et huius generis sunt Regula Ordinis S. Dominici, & nostræ Societatis: quarum transgressio nisi ex contemptu oriatur, nec lethale nec veniale erit peccatum; sed imper-

2.

2.2 q. 189.

4.9.

fectio quædã contra id, quod magis cõforme esset voluntati Dei, explicatæ à Prælatis, qui talia statuta confecerunt, aut verbo constituunt. Qui non intendunt ad eorum custodiam sub culpa obligare: ne Regula fiat laqueus peccatorum imbecillibus, frequenter impingentibus: fiat verò occasio præstantioris obedientiæ seruicioribus. Excelsior enim ac generosior est modus obediendi quem nunc referebamus eius, qui diceret: quamuis Regula sub culpa non me obliget: volo tamen, quod illa proponit, seruari; eò quod hæc obseruatio placeat Deo. Id enim est facere voluntatem Dei, nõ solum boni & placentem, sed etiam magis perfectam. Cùm igitur Religiosus teneatur studere perfectioni in Regulis suæ Religionis propositæ; vt, qui à tali studio omnino cessaret, Regulasq; contemneret, ad eam obtinendam inuantes ac dirigentes, grauitèr censeretur peccare: idèò titulo & nomine perfectæ obedientiæ teneretur, omnes obseruare: ita vt si eas transgrediat, et si non in culpam; in imperfectionem tamen incidat, contra id, quod sui status perfectioni debet. Præterea, cùm leues culpæ disponant hominè ad lethales admittendas: etiã inobedienciæ contra Regulas & ordinationes Superiorum disponent ad culpas leues, & etiam ad contemptum, qui est culpa lethalis. Quæ zelosus suæ Religionis ac perfectionis, vt remotior sit à culpa, quæ illam offendit & corrumpit, debet meritò omne id cauere, quod ad illam disponent, quamuis non aliud sit, quàm imperfectio aliqua contra Regulam: quæ imperfectio vt plurimum est alicui culpæ valde affinis, eò quod deus illi bonus finis, aut aliqua debita circumstantia. Neque enim gratis, vt superius dicebamus. iubebat Deus, a Nazareos non solum abstinere a vino, & vni, sed etiam ab ipsis acinis. Exprimat enim acinos, qui sicci sunt & insipidi: quia tales comedens vix potest bonum finem habere; aut certè ordinariè erit actus otiosus, aut alicuius inordinatæ voluptatis: sicut qui lutum, aut gypsumasticando oblectaretur. Vult itaque Deus Dominus noster, veros suæ nouæ Legis Nazareos monere, ne contenti sint, non admittere culpam lethalem, quæ iudicium & rationem inuertit ac perturbat; nec venialem, quæ ad illam disponent: sed contendant non admittere etiam imperfectionem contra Regulam, quæ prope accedit ad culpam. Vix enim bonus finis adhiberi potest cùm quis sciens & volens Regulam transgreditur. Et ordinariè, aut erit effectus otiosus; aut nimius amor proprius; aut sensualis & inordinata voluptas vt palato suo satisfaciat; aut tepiditas & spiritus laxitas, quæ vitium est Acediæ. Remorsus etiam, quem talis transgressio in conscientia relinquit, & insonio est maculæ, quam in anima efficit; si adit aliqua ex tribus circumstantijs, cum quibus talis transgressio adiunctam habet culpam, quas Thomas appellat contemptum, negligentiam, & libidinem; hoc est pro libitu, & sine que ratione, aut propter delectationem aliquam sensualem. Studet itaque

Dispositio
ad peccatum
fugienda.

a Num. 6.

z. z. q. 186.
a. 9. ad 1.

Religio

Religiosus adeo in sua Obedientia gloriari vt integrè impleat quicquid in Regulis continetur. & superiores constituunt: nec blota vnum aut vnum apicem vt Saluator dixit) nec minimam Regulam aut partem siue circumstantiam eius minimam prætereat. Cumque omnes Christiani teneantur aspirare ad Celitudinem perfectionis Christianæ, quæ in ipsius Dei amore & perfecta legis ipsius obseruatione continetur, cum ea excellentia: quam in primo tomo explicuimus, multò certè maius studium ponere debent Religiosi in hac perfectione procuranda: cui studio sese addixerunt & consecraverunt.

Eam in modum, (ait S. Dorotheus) quo qui nouam valdeque pretiosam vestem induerunt, magna cautela attendunt, ne laceretur, aut aliqua macula etiam paruula conspurcetur; nec luti aliquid aut pulueris ei adhærescat: quod si aliquid tale adhæreat, statim curant excutere, & purgare. Ita feruens Religiosus, qui præstantem gratiæ vestem induit, & Euangelicam perfectionem proficitur: studet, eam in toto suo splendore ita conseruare: vt nec culpa nec imperfectio aliqua ei adhæreat.

SEU vitetius adhuc pergere debet, & adspirare ad tertium Obedientiæ gradum multò perfectiorem, non adstrictum Regulæ. Quamuis enim in vigore nullus Religiosus virtute voti, Obedientiæ obligetur ad obedientiam Prælato, nisi iuxta suam Regulam. Et (vt S. Thomas ait) non tenetur obedire quando aliquid præcipit Superior contra suam Regulam, aut supra eam. nam in his transgreditur limites suæ iurisdictionis: ideoque ad ea non est legitimus Superior. Perfectus tamen obediens meritò debet se offerre ad obediendum in rebus omnibus, etiam Regulam suam excedentibus. Cum enim obedientia Religiosa sit holocaustum Deo oblatum, nil de propria voluntate sibi retento; qui reseruat sibi, quod excedit Regulam non offert Deo holocaustum tam perfectum, atque is qui nihil sibi reseruat; sed offert se ad obediendum in omnibus. Hæc fusè docet S. Bernardus his verbis: Is qui proficitur, spondet quidem obedientiam, non tamen omnimodam sed determinatè secundum Regulam; vt oporteat eum qui præest, non fræna suæ laxare voluntati super subditos; sed præfixam ex Regula sibi scire menturam. nec enim se valet extendere potestas Imperantis: nisi quatenus attingit votum Proficientis: vt non imperet aliquid vltra, nec citrà, & multò minus, quod est contra ipsam Professionem. ergo Prælati iussio vel prohibitio non prætereat terminos Professionis: nec vltra extendi potest, nec contrahi citrà.

NIHIL me Prælatus prohibeat horum, quæ promisi; nec plus exigit, quam promisi. Vota mea nec augeat sine mea voluntate; nec minuat sine certa necessitate. Necessitas quippe nõ habet legē: & ob hoc excusat dispensationem

b Mat. 5. 18

Tract. 1. c. 6
c. 8.

Serm. 2.

3.

2. 2. 9. 104.
a 5. ad 3.

q 186, a. 5.
ad 1.

Lib. de Prae-
cep. & Di-
spensa. C.
lum. 3.

”
”
”
”
”
”
”
”
”
”

sationem, quæ eius causa fit. Cæterum subiectus huiuscemodi Obedientiam, quæ voti finibus cohibetur, nouerit imperfectam. Nam perfecta Obedientia legem nescit, terminis non arctatur, neque contenta angustijs Professionis, largiori voluntate fertur in latitudinem Charitatis, & ad omne quod iniungitur spontanea: vigore liberalis, alacrisque animi, modum non considerans, in infinitam libertatem extenditur: quæ nec metam nec limitem ponit Obedientiæ. Hæc est illa, de qua signanter Apostolus Petrus Obedientiam appellat *Charitatis*: pulchrè ipsam per hoc sequestrans ab illa inerti & seruili obedientia; non charitati prompta, sed obnoxia necessitati. Hæc iusti illius, cui Apostolus dicit legem non esse positam, propria est: non quòd ille viuere debeat sine lege; sed quòd non sit soli legi adstrictus, neque contentus voto cuiuscunque Professionis, quam magna superat animi deuotione. Hæc omnia in Summa S. Bernardus.

Ex His licet cum Sancto Bonauentura colligere: si perfecta Obedientia non arctatur ad id quod Regula iubet, quia hæc limitem habet & terminum in eo quod præcipit: obedientiam illam fore excelsiorem, cuius Regula erit excelsior: eò quòd in ea nihil excludatur, nisi quod vergat in detrimentum nostræ salutis, & perfectionis. Quem obedientiæ modum proficitur nostra Societas Iesu, vt clarè apparet in eius Constitutionibus: quibus Pater noster Sanctus Ignatius dicit, vt in omnibus rebus, ad quæ potest cū Charitate se obedientia extendere, Superioribus nostris pareamus. Hæc autem sunt omnes illæ, in quibus peccatum non cernitur manifestè. Quare solum peccatum excluditur; reliqua autem omnia sunt Obedientiæ materia, etiam si proficiendum sit ad Indos, aut ad Regiones hæreticorum, & infidelium, ad Catholicam Fidem prædicandam, aut pueros & rudes Christianam doctrinam docendos. Et in ipsa Professione solenni, fit expressa mentio harum duarum rerum: quarum altera ad eò est excellens ac difficilis; altera verò humilis & facilis. vt tales professi intelligant, se teneri ad prærendum in rebus omnibus, nulla exclusa qualiscunque illa sit.

§. II.

Varij inobedientia modi contra gradus Obedientiæ prædictos.

EX GRADIBVS Obedientiæ in hoc & in proximo capite positæ, facile intelligentur gradus inobedientiæ: cuius grauitas (vt Sanctus Thomas ait) præcipuè desumitur ex maiori auctoritate præcipientis, & ex magnitudine rei præceptæ. Ex quo fit, vt inobedientia contra Deum, etiam quæ præcepta, grauior sit, quàm contra homines. Nam quòd tituli & nomina, quæ nos ad obediendum obstringunt, maiora sunt: eò maior est culpa non obedire; & quòd maior est eius excellentia, eò est etiam maior incivilitas negligere quod iubetur. Cuius rei illud est magnum indicium: quòd vt

1. Pet. 1, 22.

1. Tim. 1. 9.

In exposit.
Reg. Mino.
rum c. 1.Parte 6. e. 1.
l. B.2. 2. q. 105.
a. 2.

f.

lupta

supra diximus, nulli homini parendum est contra id quod præcepit Deus quare, ne quis Deo sit inobediens, conculcare debet quodcunque hominū mandatum. Et in hoc sensu explicat S. Bernardus illud Heli Sacerdotis ad filios suos: *Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus: si autem in Dominū peccauerit vir, quis orabit pro eo?* Quæ ratio est, quia cum aliquis homo alterum hominem etiam suum Prælaturam offendit, non obediendo ei; ne ipsum Deū offendat: non est, quod timeat: Deus enim erit ipsi propitiū, apud quem est innocens: quamuis homo existimet, se iniuria affectum. Si autem cōtra Deū peccet, vt homini placeat & obediat: non erit excusatus, sed reus: neque erit homo qui possit ipsum à culpa illa liberare, nisi Deus ipse pœnitenti eā remittat. Eadem ratio locum habet inter diuersos Prælatos, maiores, & minores. Cum enim maiori obedientia sit primo loco præstanda: idē turpius est eidem non obedire. Quare grauior erit Religiosi culpa, quod sit Summo Pontifici, qui omnium est supremus Superior, inobediens; quàm si nō obediat suo Generali: ac proinde inobediencia huic præstita, grauior erit, quàm si Prouinciali, aut alteri ex alijs minoribus Superioribus obedientia denegetur. Et quemadmodum excelsior est humilitas, qua quis minimo omnium prælatorum se subijcit: ita Superbia erit maior; quod quis rebellet cōtra maiore eorū, ac proinde erit suprema si rebellet contra ipsum Deum.

ETIAM desumitur inobediencia: grauitas ex magnitudine, & præstantia, aut necessitate rei præceptæ: neque enim Præcepta omnia & Regulæ æquæ obligant; sed alia plus alijs: eod quod præcipiant aliquid magis necessarium, & expediens ad finem à Legislatore intentum: siue res alioquin sit facilis, siue difficilis, quæ impleatur. In qua re hanc S. Bernardus tradit Regulam: quod Obedientia in rebus arduis ac difficilibus sit præstatio: eod quod ad eorum difficultatem superandam maiori sit opus fortitudine: estque magnum indicium reuerentiæ & amoris erga Deum, quod quis eius causa & amore rem ad eod grauem exequatur. Ac propterea ad eod fuit laudata Obedientia b *Abraham volens proprium filium sacrificare*; & mul d amplius fuit laudanda digna Obedientia Christi Domini nostri, qui *factus est obediens vsque ad mortem* & quidem *mortem crucis*. Et in his casibus inobediencia aliquē habet excusationis prætextum: contra verd in rebus facilibus est magis damanda: eod quod inobediens eas negligens, non habeat excusationem: estque magis Dei contēptus, quod eius Diuina voluntas negligatur & cōculceretur, re, quam ipse ad eod commendat, ac iubet: cum illa sit alia facilis factu. Ac propterea iudicata est ad eod grauis inobediencia Adami, & Eux, & vxoris Loth: vt facile ostendit punitio vtriusq; statim consecuta. Et ita intelligendam est dictū illud Saluatoris: *d Qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est*, qui enim præceptum, quod facile seruare potest transgreditur: citius

a 1 Reg. 2.
26.
De præc. &
Dispens.

2.

b Genes. 22.
c Phi. 2. 8

d Luc. 16. 10

transgredietur difficilius; & qui à debili hoste superatur: facilius dedit & tradet se fortiori. Et quamuis Obedientia in rebus paruis & facilioribus nõ sit aded insignis, ob paruam in executione difficultatem: nihilominus, si propterea seruetur, quod voluntas Diuina maximi fiat: ea ipsa est indicium seruandæ & adhibendæ in rebus difficilioribus. Ac propterea dixit Christus Dominus: *qui fidelis est in minimo: & in maiori fidelis est* Qui .n. aded Deum reueretur, ac diligit, vt timeat illi displicere & non obedire in modico: signum est, quod non audebit ei displicere in magno. Quare hoc nomine, qui perfectus est obediens, non est cur discriminẽ faciat inter præcepta magna & parua. Nam in ipsius oculis quæ parua sunt, debet haberi magna: vt ea exequatur, & nullã ob causam transgrediatur; magna autem debent haberi: siquam parua, ob facilitatem, & promptitudinem ad ea seruanda; siquidem vbi magnus est amor: magnus labor censetur esse paruus: sicut etiã ignauia & corporis in amore, causa est, cur paruus præceptum existimetur esse magnum.

1.

SED ad inobedientiam redeuntes, varios in ea gradus distinguere possumus circa res ipsas præceptas. Est enim quædam inobedientia clara omnino & aperta, quæ interdum oritur ex præcipiti aliqua & forti passione: cum scilicet Religiosus aduertit, se malè facere transgrediendo Regulam, & non obediendo Superiori: passio tamen iræ, aut ambitionis, celeriter ipsum trahit & raptat, vt suo palato satisfaciat: quamuis vehementiã illã transecta facti illum pœniteat. Quæ inobedientia ex hac parte est tolerabilis. Quis fuit inobedientia illius filij, de quo Christus dixit, quodd, cum e Pater amaret illi diceret filij, *vade hodie, operare in vinea mea.* Ille autem impudenter respondens ait: *nolo.* Postea autem pœnitentia motus abiit: quam ob causam idem Christus Dominus filium illum tanquam obedientem laudauit, ed quod opere ipso præstitisset voluntatem patris. Et sæpe huiusmodi inobedientia sunt tanquam aquæ guttæ in Caminum missæ, quæ primùm quidem ignem mortificant; sed statim ille cum maiori feruore reuiuiscit: ita hæc culpa remittunt feruorem Charitatis; sed, qui eas admiserunt, ex pudore suæ inurbanitatis, eiusque pœnitentia excitantur ad maiorem feruorem Obedientia: quod præteritam iacturam reparare possint.

2.

INTERDV M inobedientia oritur ex contemptu & malitia: & hæc est detestanda, præcipuè cum transit in consuetudinem, & accedit obstinatio & pertinacia. Qualis fuit Saulis: cui dixit Samuel: *f Repugnare Deo, & nolle acquiescere, esse quasi scelus idololatriæ.* Et aduertit Sanctus Bernardus: non dixisse Sa nuclẽm: non acquiescere; sed nolle acquiescere, & repugnare cum pertinacia & contemptu, quasi detestans subiectionem, & volens laxam ducere vitam. Sicut etiam populus ille, de quo Ieremias dixit: *g A seculo contempsisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti: non seruiam, nec alligatus esse*

c. Mat. 21. 29

1. Reg. 15. 23

g Iere. 2. 10.

volo

velo præceptis eius. Quod est indicium Diabolicæ superbiæ, quasi Luciferi; quem imitatur miser ille, de quo in libro Iob: *h Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum ouagrum se libe: um natū putat, qui nec onus ferre, nec aliquod ligamen, quod continetur vult tolerare.* Qui inobedienciæ modus est omnino fini Religiosi contrarius: qui præter vincula præceptorum, votis etiam seipsum ligauit, seque obtulit (vt ait Dauid) *i vt sit iumentum in domo ipsius Dei;* & semper sub eius disciplina. Et in rebus quidē grauibus est semper hæc inobediencia perniciosior; in leuioribus autem valde periculosa: quia certa imminet ruina. Iuxta illud Ecclesiastici: *k Qui spernit modica paulatim decideret. Quid autem est, decideret, nisi de statu excelso, quem elegit, in profundā miseriam decidere, quam prius euaserat, reuersus sicut canis ad vomitum.*

ALIVS EST modus inobedienciæ teclæ, quæ ex duplici oritur radice. Aliquando enim procedit ex aliqua ignorantia, obliuione, aut inaduertentia: quia non cogitatur esse inobediencia: cum tamen & aduerti potuit, ac merito debuit, esse talem. Quæ culpa est hominum, quam raro, etiam valde perfecti euadūt scriptū est enim: *l in multis offendimus omnes; & m septies in die cadit iustus;* nā licet ex ignorantia & inaduertentiā, cadit tamē in die: quia non propterea Diuinæ gratiæ lumen amittit, nec lumen illi deest, ad cognoscendum statim suam culpam, & surgendum ex ea, sed interdum eadem inobediencia oritur ex detestanda astutia iudicij proprii, cæci, & ignorantis: quod ita illam obducit, vt iudicet, esse Obedientiā. Et hanc ait Sanctus Bernardus, esse lepram tantō perniciosiorem, quanto minus est cognita. Cuius materia & Curatio distinctiūs apparebit ex dicendis in proximo capite.

CAPVT XV,

PERFECTIO OBEDIENTIÆ IN ABNEGATIONE
proprii iudicij, & voluntatis promptitud. ne.

HABET ET IAM OBEDIENTIA SVOS Perfectionis gradus ex parte subditorum, qui obediunt. Premittendum tamen est: quemadmodum omnes obedire tenentur: ita singulos teneri ad hoc, vt totus homo interior & exterior; anima & corpus; spiritus & caro verè obediant. Spiritus cum suis internis potentijs, intellectu & voluntate; corpus autē cum omnibus suis membris ac sensibus. Ex quo tres insigniores Obedientiæ gradus deducere licet: ita vt in singulis nostris actionibus offeratur Deo, proprii iudicij subiectio; propriæ voluntatis abnegatio; & vniuersalis mortificatio reliquarum omnium potentialium in omnibus necessarijs, ad exequendum quod iubetur. Obedientia enim (vt supra dictum est) perfectum quoddam est holocaustum, quo Religiosus seipsum totam offert, nihil sibi reseruato quod proprium vocari possit; & non commune Deo, ac prælatis, quorum dispositioni plenè se subijcit, renunciantem proprietati nobiliorum spiri-

h Iob. 11. 12.

i Psal. 72. 23

k Eccl. 19. 1

3.

l Iacobi 3. 2.

m Prou. 24.

14.

Obedientia holocaustum perfectum.

Serm. 7. ad
Frat. in E-
remo.

a Isai. 6. 2.
De cales.
Hierar. c. 15.
b Psal. 102.
20.

tus potentiarum, intellectus & voluntatis : quia iugulat proprietarium earum usum pro suo libitu, ut iudicium suum & voluntatem conformet cum Dei eiusque ministrorum voluntate & iudicio; reliquasque suas potentias his duabus tanquam Regine subiciat. Quare (ut Sanctus Augustinus dixit) Obedientia merito præfertur sacrificijs, quibus aliena caro iugulatur: siquidem in hac iugulatur Propria voluntas, simul cum propria carne; & proprium ipsum iudicium cum reliquis potentijs, eius ductum sequentibus. Ex quo fit, ut Religiosus non censeatur satisfacere, si potentias suas externas applicet ad executionem eius, quod iubetur: etiam si totum perficiat: id enim etiam possunt præstare serui, & mancipia, & coacti; sed necesse est applicare etiam promptam voluntatem illud ipsum præstandi; & huius facti potissimam oblationem ac mortificet repugnantias & tædia, quæ oriuntur ex voluntate malè propensa, ad sibi magis placendum, quam alteri. Sed vterius etiam progredi oportet & applicare ipsum intellectum ad bene iudicandum & sentiendum de eo, quod Deus iubet; & approbandum, quod ille præscribit, non requisitis alijs rationibus, aut causis, cur ita præscribat. Dedit obediens imitari a *Seraphinos*, quos vidit Isaias, habentes sex alas, quarum duas habebant extensas, & mouebant, *quasi uellent volare* ad significandam (ut ait S. Dionysius) promptitudinem, celeritatem, ac velocitatem, qua ascendunt ad æterna contemplanda; & accurrunt ad implenda quæcunque Deus iubet. Ac propterea Dauid eos appellat: *h potentes uirtute, facientes uerbum illius, ad audiendam uocem sermonum eius*, hoc est facientes atque eius uocem audiunt. Sed quoniam hæc promptitudo duos habet uincos: alterum ex parte intellectus, qui est quasi oculus voluntatis; alterum ex parte sensuum carnis appetituum, qui quasi pedes sunt eandem voluntatem trahentes ad id, quod illi appetunt: idem alijs duabus alis tegunt faciem suam ac proinde etiam oculos; ut ostendant, se subijcere suum iudicium, & sanctam quadam cæcitate obedire; non scrutantes, aut examinantes præcepta Dei: hoc solo contenti, quod sciant, ea esse ipsius. Non uolunt uolare detectis facie & oculis; sed tectis, & non alio tegumento, quam ab proprijs, suis scilicet considerationibus & affectibus: quia ipsimet sponte & libenter sese tegunt considerantes ignorantiam, qua ex seipsis laborant; & imbecillitatem, ad agnoscenda Diuinæ Sapientiæ arcana in omnibus, quæ constituit circa suas creaturas; summamque eius reëctitudinem in omnibus, quæ circa earum gubernationem disponit. Cui considerationi propriæ quæ cognitioni uariè adiungunt affectus, humilitatis, reuerentiæ, admirationis, & contractionis in Diuina præsentia. Captiuantes intellectum suum, ut credat approbat & tanquam uerum ac sanctum acceptet, qui quid Deus reuelat, & constituit: mortificantes etiam, & præcidentes omnes discursus & ratiocinationes

quæ

contra id insurrexerint. Præterea alijs duabus alas suos tegunt pedes, ut significandum, quod etiam præcendant & mortificent appetitus inferiores, ne proprio suo libitu moueantur ad res terrenas: sed solum ad exequendum, quod iubet Deus: sequentes bona voluntatis rationalis propositionem, sicut famuli suam sequuntur Dominum. Alæ, quæ huic rei deseruiunt, sunt considerationes vilitatis, & abiectiois, quam caro ex se ipsa habet; & sensualitas ad voluptates & bona terrena male inclinata; & affectus virtutum moralium, quæ hos appetitus tegunt, & exornant: mortificantes ac domantes eorum passiones. Remotishis duobus impedimentis, proprii iudicii & amoris proprii, remanet cor promptum & paratum ad celeriter implendum quicquid Deus ordinat, dicens cum Davide: *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum*. Bis ait, se paratum habere cor, quo significat duas alas, quæ habet extensas & præparatas, ad explendum, quod iusserit Deus: & sanctus Bernardus eas appellat, *agnitionem & deuotionem*. *Agnitio* siue cõsideratio debet esse omnium titulorum & nominum, quibus obstringimur seruire & obedire Deo, tam ex ipsius, quàm ex nostra parte. Nam ille est noster Deus, Creator, & gubernator, Saluator & glorificator, & omne bonum nostrum: nos autem sumus eius Creaturæ, serui, & famuli: vt ipsi seruiamus, & Obediamus: & in hoc nostra bona fortuna consistit, extra quod summa est miseria. *Deuotio* complecti debet omnes affectus amoris, fiduciæ, laudis, & gratitudinis: qui promptos nos, zeleresque faciunt & expeditos in rebus omnibus diuini obsequij: ita vt magnam felicitatem, summiq; gradij materiam reputemus: quod iubeat aliquid, in quo ei obediamus; & quod occasio aliqua occurrat, in qua ei placeamus. Hoc est alas esse extensas, & moueri quasi ad volandum apte, & propense; tantum expectantes ipsius Dei nuntium: vt statim volent. Et quoniam talis promptitudo oritur ex Charitate: qui eam promptitudinem habent, vocantur Seraphini, hoc est amore accensi: eo quod in modum ignis & flammæ mouent semper sese in altum, suspirantes ipsum Deum; & optantes adesse velociter omnibus, quæ illi placeant. Et hac ratione implent, quod S. Petrus suadet, *Castificantes animas vestras in obedientia Charitatis*. Quæ scilicet obedientia oriatur ex amore, & tendat in amorem: satisque sibi reputet esse motuum amoris, qui ipsam comitetur in omnibus quæ agit, vt Dei mandatis obediat: ita coniungens simul amoris & obedientiæ præceptum, vt amet & obediat ex toto corde, ex tota anima, & ex omnibus viribus suis.

§. I.

VT Quis ad perfectam ad eodẽ Obedientiam perueniat, quæ iudicij abnegationem & veram voluntatis promptitudinem complectatur, iacendum est hoc fundamentum: quod perfectus obediens non debeat præ-

d Psal. 56. 8.

Serm. 4. de
verbis I.
saia.

1. Pet. 1. 22.

cipue obedire Deo, eò quòd rationes aliqua ad sint, cur res præcepta sit executioni mandanda; sed quòd sit Deus, qui iubet: non quaerita alia causa, cui eius Obedientia innitatur, vt præclare Sanctus Augustinus perpendit, reddens causam cur Deus primis parentibus prohibuerit comedere de ligno scientiæ boni & mali, quod ex se indifferens erat, & potuisset absque peccato alias comedi. Quod, vt ad rem magis explicet, instituit quendam quòdam dialogum inter Deum & ipsum Adamum, in hunc modum. Noli (inquid) Deum Adamo, hanc arborem tangere. Sed Adamus ait *Quæ arbor hæc est?* Si bona: cur eam non tangam? In mala, cur manet in Paradyso? Respondit Deus, Propterea manet in paradyso, quod bona sit; sed ego nolo, vt tu illam tangas: Sed cur non tangere debeo? Eò quòd velim te obedientem, & nõ repugnantem. O serue, audi primum tui Domini mandatum: & tunc disces imperantis consilium. Bona est arbor: sed nolo, vt eam tangas: nam ego Dominus sum, tu autem seruus: hæc tota est causa. Quam si parui momenti esse existimas: dedignaris esse seruus. Sed quid tibi aliud magis expedit, quàm tui Domini gubernationi subesse? Quomodo autem eius gubernationi subiectus eris: nisi aliquod tibi præceptum iniungat? Si igitur multum referat, quod aliquid ille iubeat; expedit prohibere tibi, ex hoc ligno comedere non ob eius malitiam, sed ob tuam obedientiam. Non potuit Deus distinctius explicare, quantum bonum sit obedientia, quàm rem prohibendo, quæ nõ esset mala: in qua, Obedientia palmam obtineret; in obedientia autem prænam acciperet. Hæc Sanctus Augustinus. Ex quo apparet, quàm sit res antiqua, quod Dominus Deus noster res huiusmodi indifferentes præcipiat, nullam reddens rationem seruis suis, cur ita præcipiat, vt discant perfectionem Obedientiæ cum iudicij sui subiectione absque alia causa aut ratione, quàm, quòd ita iubeat Deus. Hoc modo iussit Abrahamum a *egredi de terra sua, ac de domo patris sui; & vt ei eiceret ex domo sua filium suum Isaacem;* & quod grauius adhuc est, vt *efferret ipsi filium suum Isaac in holocaustum.* certum tamen illum interius reddens (vt S. Thomas ait) ipsum Deum esse, qui id mandaret: quod ei satis fuit, vt omnino absque aliqua contradictione, aut replica sese abnegaret, & subijceret. Et eodem modo iussit fratrem eius Loth (vt supra perpendimus) non respicere retrò, vt Sodomam pereuntem videret, nulla ratione proposita, cur id præciperet. Et in nouo testamento fuit valde frequens hic obedientiæ modus: & S. Chrysostomus eum valde commendat & exagerat in Apostolo, explicans illam eius sententiã ad Romanos: *Ad lo vòs ignorare fratres: quia saepe proposui venire ad vos, & prohibitus sum vsq; ad huc.* Vide, inquit, menuram fidelis huius serui Obedientiæ, multamque simul æquanimitatem & animi gratitudinem. Quod prohibitus sit, dicitur, quàm ob rem autem, non item. Non enim scrutatur Domini propositum, sed

a Gen. 12. 1.

b c. 11. 12.

c c. 22. 2.

d. 2. 171.

e. 5.

Tract. 3. c. 8.

Homil. 2. in

ad

Rom. 1. 13.

simpliciter

simpliciter obsequitur. Atqui mirum videri poterat, cur tantum Doctorem
 Deus, ne diuerteret ad urbem adeo splendidam, adeoque magnam; & quam y-
 niferus orbis suspicit, præpedierit, idque tãto tempore: facillimè siquidè, si
 potent hac urbe victor euassisset, reliquas subditas cepisset. Iam cum
 reglem hanc Ciuitatem relinquit, iolisque inimis & subditis incumbit,
 totum omnium Regnam & caput negligit. Verùm nihil horum curiosè
 scrutatur, quin potius incomprehensibili prouidentia cedit, partim animi
 moderationem spectatam faicès: partim erudiens nos omnes, ne factorũ
 uenem usquam à Deo exigamus: etiam si quàm plurimos quæ gesta sunt
 conturbent. Domini siquidem solius est præcipere: seruorum verò parère.
 propterea, quòd prohibitus sit indicat; cuius verò rei gratia, nõ item. Quasi
 dicit neque ipse causam cognoui; nec sciscitari Dei consilium & sententiã vo-
 uis. Non enim dicit creatura Factori suo, quid me ad hunc modum fecisti?
 Cuiusnam gratia, dic mihi, istud discere quæris? Nescis, quòd omnium ille
 gratiam habeat quòd Sapiens sit, quòd nihil agat præter rationem, nihil fru-
 strum illud te magis amare, quàm proprij parentes ament, ac longo interual-
 lo & paternam pietatem, & maternam sollicitudinem superare? nihil igitur
 præterea quæras, neque ultra hæc septa transilias. Satis siquidem sunt ista,
 præterea que satis ad consolationem. Neque dubites, sapienter ab illo omnibus
 prouisum, Hæc S. Chryostomus. Cuius rationes quemcumq; Christianum
 intellectum conuincunt, ut subiectus sit, ac promptus, ad omnia, quæ Deus
 iubet ac dirigit: etiam si eorum causam ipse ignoret.

Se uo ulterius progrediendum est perfectæ Obedientia Religiosa: ut
 scilicet eadem iudicij proprij abnegatione Prælati suis obediatur in rebus,
 quæ non videntur aperte esse malæ. In huiusmodi enim rebus præcipuus
 gubernator, cui Obedientia præstat, est ipsemet Deus. Quamuis enim
 homo in eo, quod præcipit, possit decipi: non tamen potest prouidentia Di-
 uina falli in eo, quod intendit. Cum igitur Prælati mandatum non est ini-
 equum: sufficit, ut ei obediatur, hoc intelligere, quòd Deus infinite sapiens,
 potens, ac iustus per eius os loquatur; & per ipsum gubernet: intendens in
 omnibus commodum eius, qui candidè pro eius amore obedit. Et hac rati-
 one obrinetur perfecta Obedientia, quam Sancti cæcam vocant. Sancta sci-
 licet illa cæcitate, qua gaudebāt Adamus & Heua, antequam serpens oculos
 eis in ipsorum perniciem aperiret: cum causam quæsiuit, cur Deus ipsis com-
 edere prohibuisset ex arbore scientiæ. Dicitur autem hæc obediētia propte-
 rea cæca, quòd non habeat curiosos oculos ad examinandam & iudi-
 candam præcepti causam: sed habet tamen simplices & prudentes, ad præci-
 pium & totalem causam aspiciendam quod scilicet Deus eiusque minister
 mandet: & hoc solo contenta est. Arbor, ait Sanctus Bernardus, scien-
 tiæ

Obedien-
 tia cur cæ-
 ca dicatur.

tiæ

Ad Fratres
de Monte,
Deo.

1. Corin. 3. 18
De Const.
Monast. c. 23

Heb. 13. 17.

Orat. 9.

11. Corin.
7. 19.

tia: boni & mali debet esse in Patre Spirituali, qui iudicaturus est, non autem iudicandus: ipse est discernere, quid bonum & quid malum sit: ut alterum iubeat & prohibeat alterum. Non pertinet autem ad subditum huic iudicio se immiscere: sed ijs, qui precipiuntur, obedire. Si enim de hominum scientia arbore comedit sicut Adamus: ejicietur ex ipso Paradyso. Non enim potest diu in Religione perseverare Novitius, qui se reputat prudentem; nec subditus, qui arrogat sibi, quod sit sapiens. Quod si vere sapiens se cupit, stultus fiat, humiliter & candidè obediendo; non qua sita, aut examinata causa eius, quod precipitur. Religiosi (ait Sanctus Basilius) sequi debent suum pastorem, sicut oves, audientes eius vocem, eumque sequentes per quamcunque viam ille duxerit; non scrutandè curiosè, qua via illas ducat, sed huius rei curam, Pastoris providentiæ committentes, cui ex officio incumbit super eas *pernigilare quasi earum rationem reddituro*: ipsis autem ovis non aliud incumbit, quam sequi & obedire: nam huius rei ratio tantum exigetur ab eis. Oves (ait Sanctus Gregorius Nazianzenus) nolite pastore vestros; nolite vos erigere supra id, quod ad vos spectat; ne iudices vestros iudicetis; nec Leges vestris Legislatoribus feratis. Non venitis ad Religionem, ut iudicetis; sed ut iudicemini: nolite alienum officium vobis arrogare, vestrum verò relinquere: in utroque enim offendetis; & damnabimini. Obedite tanquam simplices: & à Deo approbabitur. Sed fulius Sanctus Gregorius Papa hoc explicuit, adhibito exemplo Samuelis. Quam iam iacentem Deus vocavit, non aperiens ei quorsum, aut quare vocaretur: sed ille mox surrexit: & cogitans, se vocari à suo Prælatore Heli, eum accersit, ut, quid ille vellet, intelligeret. Et cum Heli iussisset redire & decumberet, ille id fecit. Id quod ter ei evenit: exemplum præbens celsissimæ Obedientiæ: quæ (ait) nec Præpositorum intentionem discutit, nec præcepta discutit: quia qui omne vitæ suæ iudicium maiori subdidit, in hoc solo gaudet, quod sibi præcipitur, operatur. Nescit enim iudicare, quisquis perfectè discedit obedire. Puer itaque Samuel nec vocatus nec repulsus offenditur: qui vocantis aut repellentis animum examinare noluit, qui in hoc solo gaudet: nouerat, quod obediuit. Et quia surgere ad laborem; redire autem ad dormiendum pertinet ad quietem: quid insinuat, nisi quia utramque nobis vitæ præparat: si obedientis animus in eo, quod agit, non nisi obedientiæ bonum pensat? Præceptum namque in hoc solo pensari debet, quod maioris præceptum est: & qui Obedientiæ bonum exequitur, non iniunctum opus debet considerare; sed fructum: quia ad promerenda æternæ vitæ gaudia, non exquiritur qualitas operis; sed mortificatio propriæ, & executio alienæ voluntatis. Vnde & Paulus ait: *Circumcisio nihil prodest, & præputium nihil est, nisi observatio mandatorum Dei.* Jam ego apud omnipotentem Deum nec ea qua

aa labo-

ad laborem; nec ea; quæ ad quietem pertinent, parua sunt: si æternam vitam parare obedientibus possunt. Hæc S. Gregorius: quæ S. Bernardus præclara illa sententia confirmat: ipsum, quem pro Deo habemus, tanquam Deum in his, quæ aperte non sunt contra Deum, audire debemus. Cõrenti eius responsum non alio adhibito præcepti examine. Porro imperfecti cordis, & infirmæ prioris voluntatis indicium est: Statuta Seniorum studiosius discutere; hæc ad singula, quæ iniunguntur; exigere de quibusque rationem; & malè inspicari de omni præcepto, cuius causa latuerit; neque vnquam libenter obedire, nisi, cum audire contigerit, quod fortè libuerit; aut, quod non aliter facere, seu expedire monstrauerit, vel aperta ratio, vel indubitata auctoritas: Delicata satis, imò nimis molesta est huiuscemodi obedientia. Non planè hæc illa est, quæ ex Regula traditur, Obedientia sine mora. Intelligat itaque Religiosus, Prælatum (quemadmodum Sãctus hic loquitur) esse ipsius quæ in vice Deum in terra: ideoque ei cum eadem perfectione obediat, qua ipsi Deo integra scilicet Iudicij proprii abnegatione, intuens tanquam totale, aut præcipuum motiuum, & scopum suæ obedientiæ: eam esse Dei voluntatem, vt Superioris præceptum omnino exequatur.

Hoc est velamen illud Ianthiarum pellium, quo Deus iubebat operiri vasa altaris, & tabernaculi. cum Aaron illa distribueret Leuitis portanda: ita vt illi ea non tangerent, nec viderent, an essent aurea, aut ærea, aut lignea; neque an eleganter essent fabricata, an ruditer: quæ omnia operiebat prædictum velamen, quod erat coloris cœlestis; ad significandum (vt alibi fufius est dictũ) quod obediẽtes accipere debeãt rem præceptam, hoc cœlesti motiuo rectam, quod scilicet illa sit voluntas Dei: non hærentes in ea cogitatione: an res præcepta sit præclara, an vilis; pretiosa, an contemptibilis; dulcis an amara; an bene vel malè, constituta ac directã: sed eam acceptent, qualiscunque sit: propterea quod Deus illam iubeat nolentes curiosè scrutare reliquas commoditates, & rationes humanas, quæ sub illo titulo & motiuo continentur: vt eis innitantur.

Et quamuis quædam opera sint ex se ipsis excelsiora & perfectiora, quàm alia: quando tamen aliquod illorum Deus iubet: illud est cæteris præferendum, licet ex se sit vilius. Tũc enim hyacinthus voluntatis Diuinæ illud redit cæteris pretiosius. Non tamen propterea negamus licere huic obedientiæ motiuo alia adiungere; & rationes humanas addere, quibus illud fulciatur, & confirmetur. Nam iacto illo fundamento, animi que decreto parendi, eo quod Deus iubeat: non est alienum, hyacinthum illum exornare commoditatibus spiritualibus, aut temporalibus ex ea Obedientia prouenientibus. Ac propterea idem ipse Dominus præceptis suis promissa addit præmiorũ, & penarum minas: quibus intellectus iuuetur & conuincatur, ad iudican-

Tract. de
præcep. &
dispon. co-
lum

In Duce spi-
rit. Tract. 2.
c. 8 §. 3.

Matth. 2.3.

dum, bonum sibi esse, quod illa acceptet. Qui tamen interdum etiam rationem addit: cur aliquid iubeat, quemadmodum Angelus dicens Sancto Ioseph, ut puerum & Matrem eius acciperet, & fugeret in Ægyptum, adiecit: *futurum est enim, ut Herodes querat puerum, ad perdendum eum.* Semper tam attendendum est, ne Obedientia his præcipue rationibus, aut commoditatibus innitatur, ita ut illis deficientibus, executio quoque deficeret; aut vera ad exequendum promptitudo. Id enim esset iudicium, quod tale opus non fieret ea recta intentione, ut mandato Dei satisfaceret; sed propriae utilitatis, aut commoditatis intuitu. Quamvis enim in externa specie videatur esse Obedientia; interius tamen potius esset propria voluntas, coniuncta proprio iudicio, suggerenti & suadenti, quod illi ardeat. Quam obrem tutior & excellentior modus Obedientiae est; qui Diuinæ voluntati pure innititur. Vt enim Saluator noster dixit: *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.* iusinuans hac sententia, quod si intellectus oculus sincerè ac simpliciter vnicum eum finem respiciat, placere scilicet Deo in suis actionibus, non inferendo alia motiua commodorum, aut humanorum respectuum: omnes illae actiones erunt purae & sanctae absque tenebris culparum. Qui tamen oculus intellectus si offuscetur humoribus iudicij proprii ac curiosi: quod sibi complacet in suis ratiocinationibus, suaeque commoda respicit: tunc actiones valde erunt obfuscae leprosi sui Ducis leprâ.

Matth. 6. 22.
Luc 11. 34

CAPVT XVI.

OCCVLTA IN OBEDIENTIAE PROPRII IUDICII.

Et ratio qua eas contegit.

Tract. 4. c. 7

EX HIS QUAE DICTA SUNT, facile cernere licet, quantum Religiosorum testatur infestissime cum proprio iudicio contendere. Proprium appellatur quod à cõmuni Ecclesiae aut Prælatorum & maiorum suorum sensu ita se separatur, ut nolit eorum iudiciũ sequi, nec cũ alijs de suis rebus cõferre; quia propriae prudentiae fidit: cuius proprietates sunt, stultũ esse, temerariũ, curiosũ, inquietũ arrogãs, & superbũ. Aduersũ quẽ hostẽ, ex innumeris malis ac diuinis, quae adfert, sumenda nobis sunt arma, ad illũ detestandũ ac deturbandũ: ut fusè in Duce spirituali diximus: quo Religiosum Lectorem remittimus. Nũc autẽ laruas ei detrahemus, quibus ad nos decipiendos vtitur: tũc. n. grauius nos laedit, & ferè sine remedio, accedens sicut lupus ouilla pelle tectus.

1.

PRIMUM hic latro imitatur pallium hyacinthinum, volens inobedientiam, Obedientiae pallio tegere. Ait enim, se non obedire homini: eò quod velit obedire Deo. Quasi Deus iuberet, sequi quod proprium dicitur iudicio, non verò quod Prælatus præscribit. Ita sentiebat insignis ille proprio iudicio addictus Rex Saul, qui cùm fuisset summè inobediens Dei mandatis, gloria batur tamen, quasi valde obediens. nam Samueli ipsum obiurganti.

quod

quod non obediisset Deo, respondit: *a Imò audiui vocem Domini, & ambulavi in via, per quam misit me Dominus.* quasi ipsum Samuelem ipse obiurgaret, dicens: valde deciperis Samuel, cum inobediens me notas; nam potius fui valde obediens, Nam tu iussisti mactari quicquid esset in Amalech: & ita ego feci; sed, quod optimum erat in gregibus, reseruavi, vt sacrificium Deo offerrem, iubenti offerri sibi sacrificia ex optimis, sicut fecit Abel. Sed optime respondit ei Propheta: hanc falsam eius obedientiam, esse quoddam genus idololatriæ & ariolationis: quam non iussit verus, sed fictus Deus, per proprium ipsius iudicium, quod in hoc casu consuluit. Qui falsus Deus merito debet odio haberi à vero obediente, cogitante, sibi dici à Domino: *b Ifraël, si audieris me, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum. Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: dilata ostium & implebo illud, quod fuit dicere: si vis mihi perfecte obedire, non fabricabis proprio tuo iudicio Deos novos in corde tuo; nec trades te dijs alienis, iudicium sequens hostium meorum. Ego te eduxi ex mundo, & constitui in Regione, in qua statui bene te dirigere ac gubernare: aperi itaque os tuum, vt de rebus agendis me, meosque ministros consulas: & ego illud implebo, dans plenum responsum in omnibus quæ desideras.*

ETIAM obtegatur proprium iudicium titulo cuiusdam puritatis: fugit enim Obedientiam, iudicans se hac ratione culpam euadere: cum tamen incidat in petrinaciam & repugnantiam, quæ culpa est multò grauior. Quemadmodum infidelis ille, ac superbus Rex, qui iussus epetere sibi signum à Domino Deo victoriæ, quam illi pollicebatur, respondit: *non petam, & non tentabo Dominum,* eo enim colore, quod noluit Deum tentare, (vt aduertit Sanctus Hieronymus) suam occultauit inobedientiam, sed merito attendere debuit: non esse, Deum tentare si fiat quod ipsemet Deus iubet. Imò & in vita Sanctis aliquid huiusmodi euenire solet: quamuis absit proteruita, vt apparet in Ezechiele excusante se à præstanda re quadam; quam iubebat Deus; ac dicente: *non est ingressa in os meum omnis caro immunda.* Et quando vox celestis iussit, Petrum occidere & manducare quadrupedia & serpentina terrea, quæ illi ob oculos ponebat, excusauit se Petrus, dicens: *e absit Domine, quoniam nunquam manducaui omne commune & immundum.* sed eadem tamen vox correxit errorem iudicij eius, dicens ei: *quod Deus purificauit, tu commu- ne ne dixeris.* Præceptum enim Dei mundum illud facit: cum ipse nihil præcipere possit, quod non sit mundum. Nec tu huius rei iudex esse debes; sed executor eius, quod Deus iubet.

GENEROSAM HANC OPINIONEM & æstimationem habebant Prophetæ, qui paruereunt Deo in rebus, quæ parum decentes videbantur, iudicantes sufficere sibi Dei mandatum ad hoc, vt res illa

a 3. Re. 15. 20

b Psalm. 80. 10.

2.

c Isai. 7. 10

d Ezechiel 4. 14
c Actu. 10. 14.

Isaia. 10. 2.
Osea. 1, 2.
Vide Ribera
ibi.

3.

Collat. 2. c. 7

Dialog. 1. de
viri S.
Martin.

h. Iudicium
11. 31. 39.

apud ipsos sanctificatæ, ac decentes, & in honore haberentur; etiam si in
opinione hominum immundæ viderentur, & ignominiosæ. Ita Iſaias,
cùm iuberetur à Deo *ſire nudus & discalceatus* per plateas Ierufalem: id fecit
abſque vlla replica, etiam ſi vir eſſet aliàs nobiliſſimus. Et Oſeas iuſtus à Deo
gſumere ſibi uxorem fornicatorem, quãuis id ſua grauitate indignum videretur,
non dubitauit tamen *accipere Gomer*, abſque vlla excuſatione. Vbi enim eſt
iudicij Obedientia: non eſt ignominia nota, aut iuſta reprehendiſſio.
ALIQUANDO etiam iudicium proprium tegit ſuam inobedientiam exemplo
aliquorum Sanctorum: exiſtimat enim, omnia ſibi licere, quæ illi fecerunt:
non aduertens, de eſſe ſibi Spiritum & ſpeciale motum, quem illi habuerunt;
ſine quo nec illis licuiſſet. Quemadmodum Monachus ille, de quo refert
Caſſianus, quoddam, vt Abrahami Obedientiam imitaretur voluiſſet, proprium
ſuum filium ſacrificare: ſubijciunt iudicium ſuum falſo Angelo, id iuuenti
cùm in re tali ſubijcere nõ deberet. Pro cuius rei explicacione aduertendum
eſt: aliquando voluiſſe Deum particulari ſua inſpiratione aliquem inducere
ad huiusmodi iudicij abnegationem in rebus extraordinarijs, alioquin non
licitis; eamq; Obedientiam miraculis comprobare. Quale refert Seuerus
Sulpitius de feruente quodam iuueni. Cui petenti habitum Religionis,
reſpondit Abbas, vt iret ad aliud monaſterium: eò quod non poſſet ipſe
ferre diſciplinæ ſeueritatem, quæ ibi ſeruabatur; neque res adeò difficiles
& aſperas exequi, quæ ibi iniungebantur. Qui iuuenis magno ſeruore reſpondit:
ſe promptiſſimum eſſe ad obediendum, & præſtandum quicquid iniungeretur
etiam ad ingrediendum in magnum aliquem ignem: Cumque prope eſſet
furnus valde accenſus, paratus ad panes ſtatim coquendos, Abbas, vt eum
probarer, iuſſit ingredi furnum illum: iuuenis autem abſque vlla mora ſeſe
intus proiecit; & manſit abſque vlla læſione, ſicut tres illi poeni, qui
miſſi fuerant in fornacem Babyloniam. Hoc autem ait, Deus ita diſpoſuit,
vt nec Abbas ob aſperum durumque ſuum præceptum nec diſcipulus ob
præſtitam Obedientiam & executionem, affligeretur. Quamuis Tyro & in
prima probatione, inuentus eſt tamen perfectus: quia in iudicij ſui abnegatione
fuit perfectus. Nullus tamen ex hoc exemplo occaſionem ſumere debet alicuius
temeritatis; nec ſuperior ad præcipiendum, nec ſubditus ad obediendum.
Non enim extraordinaria huiusmodi inſpirauit Deus, vt alij imitentur; ſed,
vt omnes intelligant: quanti ipſe modum huiusmodi Obedientia faciat
in rebus de ſe non malis. Quare in huiusmodi rebus nullus debet proprio
ſuo iudicio fidere; ſed ordinariam legem ſequi, & opera ſua cum aliorum
conſilio facere, cautiore facti ex facto Iephte, de quo Scriptura Diuina
refert, quod, cùm ſe h. voto obſtrinxiffet offerendi in holocauſtum
Domino eum, qui primus ex domo ſua egrederetur, ſibi, reuerſenti occu-

cumq; prima ei occurreret *unigenita filia sua, eam obtulit in holocaustum,* cultumans Deo se obedire, sic implendo suum votum: quemadmodum fecerat Abraham in oblatione filij sui, aut venturum aliquem Angelum & id prohibitorum, sicut alter prohibuerat sacrificium Isaac. Sed erravit, & inuenit se deceptum nam vt ait Sanctus Ambrōsius, oportebat considerare quod ipsemet Deus, qui sacrificium Isaac iusserat, cum vidit Patris & filij promptitudinem, prohibuit sacrificium: ita insinuans, se nolle huiusmodi humane carnis oblationes. Quare si Lephte consulisset legis illius peritos: illi hoc responsum dedissent. Sed quoniam proprio suo iudicio rem egit: noluit Deus eius deceptionem, & iniustum ac temerarium sacrificium impetire; præter alias causas, quas in alio loco attulimus huius euentus.

ALIQUANDO etiam iudicium proprium, quamuis sit filius superbiæ, occultat inobedientiam pallio quodam humilitatis, cum eius studioso & amanti honorificum aliquid iniungitur. Quod etsi initio recusare, non sit damnum: si tamen iudicij pertinacia perduret: id verò iam humilitatem veram, & obedientiam destruit. Cuius rei fidem facit quod euenit S. Petco, cum Christus vellet eius pedes lauare: nã in primis obstupefactus, dixit *Domine tu mihi lauas pedes?* cui Christus: *quod ego facio tu nescis modo: scies necem postea.* quasi dicens ei: tu neque finem neque causas, cur id faciam, intelligis: subijce tuum iudicium, & acquiesce mihi, volenti pedes tuos lauare. Sed cum adhuc repugnaret, & specie humilitatis resisteret: respondit ei Christus verbis seuerissimis: *Si non lauero te, non habebis partem mecum:* inobediencia enim nemo potest proficere, nec in mea schola perdurare. Et hinc est, quod sæpe Sancti Patres, vt experirentur Obedientiam Nouitiorum, eis iniungebant aliqua, quæ contra humilitatem tendere videbantur: vt viderent quomodo in eis iudicium suum subijcerent. De S. Basilio scribitur, quod cum venisset ad quoddam monasterium, probauerit hac ratione feruentem quendam Tyronem: iussit enim adferre aquam, ad lauandos pedes; cumque illam attulisset: dixit ei S. vir, se velle lauare pedes ipsiusmet Nouitij: qui statim acquieuit, iussit præterea, vt sequenti die in templo coram omnibus, ab ipso peteret Sacros ordines: qui iudicium suum subijciens id fecit. Ideoque apud S. illum Prælatum, tanquam perfecte obediens est habitus.

INTERDUM etiam proprium iudicium regit suam inobedientiam pallio necessitatis, propter quam existimat se excusari à transgressione præcepti, quasi non obliget adeo strictè ac seuerè. Quemadmodum Saul, videns, populum à se dilapsum, & hostes in proximo esse, vt ipsum inuaderent *obtulit holocaustum* contra mandatum Samuelis. Cuius rei causam reddens Samuel, dixit: *necessitate compulsus obtuli holocaustum.* Cui statim Propheta deper dignum eius temeritate responsum: *stulte inquit egisti, nec custodisti man-*

Lib. 3. de
virg. circa
med.

In Duce spi-
ritual.
Tract. 4.
c. 9.

4.

i Ioan. 13. 6.

5.

1. Reg. 13.
9. 12.

nMat. 15. 14
Homil. 6.
ex varijs in
eum locum.
oLuc. 12. 16

p Psal. lit.
26

6.

*data Dei tui, qua praecepit tibi: neque enim haec necessitas tuam excusat inobedientiam. Pallium hoc arripit facile proprium iudicium in occasibus innumeris, conculcans praecepta & regulas: quasi necessarium sit ad conferendam sanitatem, aut honorem, aut officij authoritatem, aut ad subueniendum alicui, miseriae propriae, aut alterius, qui ad ipsum aliquo modo spectet. Sed omnes sunt deceptiones & fraudes amoris proprii consulenti in suis necessitatibus. Idolum iudicij proprii: & hoc semper illi respondet iuxta eius desiderium & votum. Quare n si caecus caeco ducatum praestet, ambo in foveam cadent. Perpendit hoc pulchre Sanctus Basilius explicans illud Christi Domini de diuite illo, qui cogitabat intra se dicens: *quid faciam quia non habeo quo congregem fructus meos: Quem inquit consulis? Ex teipso captas consilium? plane imprudenti vteris consiliario. Nam ille tibi suadebit quod tu desideras, dicet enim tibi, vt horrea tua maiora facias, & illuc congreges omnia tua; si autem Christum consuluisset, praestantiorum utique consiliorum suauisset tibi, vt fructus istos pauperibus distribueres. Hunc in modum quicumque in se aduertit affectum aliquem inordinatum ad delicias, honores, aut commodum proprium: non eligat consiliarium, proprium suum iudicium, a quo non expectet rectum consilium; sed dicat cum Dauide, p *consilium meae iustificationes tuae, & testimonia tua: consulat quoque; quae Christus Dominus docuit in suo Euangelio; & fideles eius ministros: tunc enim non errabit.***

DENIQUE, quoniam Charitas operit multitudinem peccatorum, non ea dissimulando, sed plane euellendo: proprium iudicium solet ipsam charitatem adducere ad sua occultanda, excusando scilicet suas inobedientias sub titulo Charitatis: transgrediens Regulas praetextu alijs benefactorum. existimat enim, se eas non transgredi: vt faciat quod iudicat esse secundum legem Charitatis: cum tamen potius sit carnalitatis aut vanitatis. Sicut Religiosus ille, de quo fertur, quod tempore silentij, & recollectionis, & abbasque Praelati facultate, illi incidere desiderium visitandi quendam aegrotum, vt illum consolaretur, & solatium aliquod ei adferret. Cum autem pergeret transeuntem prope imaginem Christi Crucifixi pungebat conscientia, quod tali tempore, & sine facultate Superioris aegrotum visitaret: quem remissum vt componeret, dicebat sibi ipsi: Charitas est, charitas est, bene potest illam exercere. Et tunc prodijt vox ex Crucifixo dicens: *Non placet mihi ista Charitas, quia potius erat propria voluntas, falso hoc titulo cooperta.* Verum enim Charitas nunquam separat se ab Obedientia. Nam quemadmodum amor proprius excacat oculos rationis; propriumque iudicium post se trahit, ad iudicandum quod ille cupit; ita Diuinus amor, spiritus oculos clarificat, vt videat quid iubeat Deus illudque abnegato proprio iudicio exequatur.

Gen. 4. 4.
Vide Per-
erium in eā
volum.

Lib. 35. de
Civitate Dei
c. 7.
b. 1. Ioan. 3.
12.
Lib. 4. in
Genes. c. 2.
a. Pro. 23. 26.

apud LXX.

b. 1. Cor. 13. 5

quibus ad hanc rem est usus, *Prima* est, quam dixit, loquens cum Cain: nam cum ipse acceptasset sacrificium Abel, quod obtulit de primogenitis gregis sui; & reiecisset sacrificium Cain, quod obtulit ex fructibus terræ; & hoc vehementer propterea fuisse iratus. Deus, ut causam manifestaret eius, quod fecerat, loquens cum illo, inter alia dixit ei (iuxta translationem 70. Interpretum, quam multi Sancti Patres sequuntur) *a nonne si recte offeras nonne autem dividis peccasti?* quasi distinctius ei dixerit: bonum fuit propositum, ac desiderium tuum offerendi mihi sacrificium: sed tempore executionis defecisti: non enim ita bene divisisti, atque frater tuus Abel: qui dedit mihi primogenita gregis sui, quæ optima sunt, & reliquis pretiosiora, retinens sibi reliqua: tu verò contrà, quod deterius erat, hoc est fructus terræ mihi didisti, retinens tibi quod melius erat, & ego pluris faciebam. Sed maiorem spiritum ex hac sententia deducit gloriosus Doctor Sanctus Augustinus, dicens quod Cain in suis operibus (quæ S. Ioannes b. *maligna* vocat) dividere: dans Deo aliquid suum, sibi autem seipsum: quod omnes faciunt, qui non Dei, sed suam sectantur voluntatem, &c. quam, dum retinent, retinunt sibi melius, quod ipsi habent; Deo autem dant deterius. Cain (ait Rupertus Abbas) fuit reprobatus: quia cor suum retinuit sibi, & fructus terræ obtulit Deo. Deus autem a cor potius (ut postea dixit) *ab eo requirebat*, intellectum scilicet & voluntatem, quæ sunt gregis potentiarum nostrarum primogenita: & quamdiu hæc primogenita Deo non tradimus, non placet ei nostræ oblationes: quia iniquam facimus earum divisionem. Intellegitur igitur Religiosus, voluntatis suæ proprietarius, quod licet initio, cum Religionem est ingressus bene obtulerit; eiusque sacrificium fuerit à Deo acceptatum, sicut Abel; sed quod fuerit ex suis primogenitis propter tria causa: & præcipue obedientiæ: postea tamen in omnibus, quæ sola sua propria voluntate facit, non rectè dividit: ideo quæ ab ipso Domino reprobatæ: eò quod similia sint fructibus terræ, quos obtulit Cain, & valde terrena: orta à terrena quadam voluntate, ad seipsam & ad terrena bona valde propensa & addicta. Cumque hoc quod deterius est, Deo offerat: si sibi retinet, quod melius magis quæ pretiosum est, voluntatem scilicet & cor suum. Ex quo quid aliud ei eveniet, quam evenit ipsi Cain? Nam in primis propria voluntas semper Divinæ inspirationi resistit: neque scit, quid sit, suum peccatum agnoscere, neque poenitentia duci: sed potius indurefcit, & pergit, ac ruit semper. Cain, in peius. Quamvis enim Deus illi dixisset: *quiesce*, ac desiste à prava voluntate, quam nunc habes: ipse autem non obediit, sed induruit potius; & quod voluntas suggererat, executus est: educens per fraudem fratrem suum foras, & occidens eum. Nam (ut Sanctus Bernardus ait) *ubi propria voluntas imperat, non habet locum charitas*: quæ b. non quart. qui su.

sed quæ sunt Dei, & fratrum suorum: ac propria voluntas semper quæ
 sua sunt, & quæ sibi placent, & commodum aliquod adferunt, quærit
 etiam huius rei gratiâ, opus ei sit, Dei voluntatem & proximi com-
 modum conculcare. Sed ulterius adhuc durities eius & rebellio progredi-
 tur. Nam quemadmodum Cain reprehensus à Deo propter hoc crimen,
 voluit illud Deo ipsi occultare, & imprudenter respondit: *c Num custos*
fratris mei sum ego? ac mentitus est, negando se scire; vbi frater suus esset
 sua propria voluntas ad eum est audax & proiecta: vt sua peccata excuset, etiam
 interdum mentiens, vt ea occultet hominibus. Et, vt idem Sanctus ait, vel-
 let etiam occulta esse Deo; ne Deus illa nosset: quod est optare quodam-
 modo, ipsum non esse Deum. Non enim esset Deus, qui hominum improbi-
 tates non nosceret, nec punire posset. Et hæc suprema miseria est infelicissi-
 ma huius voluntatis. Cuius maxima pœna in hac vita est, quod dixit Deus
 Cain: *vagus & profugus eris super terram.* Nam voluntas propria à Deo deserta
 (vt Sanctus Ambrosius ait) semper vaga est, inconstans, & mutabilis: fugiens
 caelum, & reptans super terram. O quàm rectè his, qui propriam volunta-
 tem sequuntur, dicere licet illud Sancti Thadæi Apost. d *Va va illis, qui in*
via Cain abierunt, sequentes propriam voluntatem. Incident enim in eadem
 miserias, in quas infelix ille incidit; & reprobabuntur odioque habebuntur
 ab ipso Deo Domino nostro. Qui per Isaiam protulit secundam sententiam
 in rem præsentem: *c Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in*
holocausto: quando scilicet aliquid subtrahitur eorum, quæ oblata mihi
 fuerant. Et quoniam hæc rapina est rei, Deo per votum sacratæ, Sancti eam
 appellant Sacrilegium. Et Sanctus Bernardus ad eum rem exaggerat, vt dicat:
 Nullum sacrilegij crimen reperitur deterius, quàm in voluntatem semel ob-
 lata Deo, recipere potestatem. Quod enim res oblata maior est, eò grauior est
 rapina, si eadem recipiatur. Cumque voluntas sit fons operum bonorum &
 peccatorum: qui eam Deo subtrahit, sibi que propriam facit, periculo exponi-
 tur, sese ingrauiora peccata præcipitandi, & in eis pereundi. An ex collegio
 Apostolico (ait idem Sanctus) reprobati quis potest, nisi oculos habens?
 sunt enim loculi non modò pecuniæ, sed etiam propriæ voluntatis, vsurpa-
 tæ scilicet contra, Deum, qui eius est Dominus.

Et QUAMVIS res, quæ sit, sit ex se bona & sancta, ait Sanctus Basilius, tamē
 rapina est eam facere contra prohibitionem Superioris: nec utilis erit, sed
 noxia. Deus enim odio habet rapinam in holocausto, hoc est eum odit, qui,
 quod alienum est, accipit eo titulo, vt aliquod Deo obsequium præster.
 & sicut qui furaretur: vt eleemosynam faceret: talis eleemosyna odio
 haberetur à Deo; eò quod fieret cum iniuria proximi: ita DEVS
 odio habet oblationem operis boni, quod ei offert Religiosus contra

3.

c Gen. 4. 9.

4.

*Lib. 1. de vo-
cat.
Gen. c. 2.
d in epist.
ver. 11.*

c Isai. 61. 8.

*Epist. vlei-
ma.*

*In Doctri-
ma.*

*Ecce, nos
reliquimus
omnia pro-
pe finem.*

*Serm. de
abdic. rerū
Reg. 7 &
38. breuis-
sim.*

Serm. 7. in
Cantica.

Fi. Reg. 15. 11

Collat. 10.
c. 7. In spe-
culo discipl.
par. 1. c. 4.
De vita spi-
rit. num. 12
Lib. 85.
questionum
q. 36. tom. 4

c. 8.

Serm. de
abdicat re-
rum.

Prælati obedientiam: non enim offert, quod suum est; sed quod Prælati cuius voluntati prius traditum erat. Voluntas præterea propria & ipsi Diuina proprietates habent valde repugnantes. Propria enim (vt ait Sanctus Bernardus) conuertit bonum in malum, & preciosam in vile: & ieiunium ac sacrificium, quod ex se fuisset Deo valde gratum, odio habetur, quando inficitur lepra propriæ voluntatis. At obedientia conuertit vile in preciosum, & quod abiectum est exaltat in magnam sublimitatem. Ac propterea Samuel dixit Saul: *Nunquid vult Dominus holocausta & victimas, & non potius vt obediatur voci Domini: melior est enim obedientia, quam victima; & auscultare magis, quam offerre adipem arietum* quasi distinctius dixerit: nullum opus, etiam si optimum, magnæque meriti videatur: si eam obedientia comparatur, alicuius momenti esse iudicabitur: & Religio ac pietas, siue deuotio, contra id, quod Deus iubet, tendens, falsa prorsus est. Solum enim Diuinæ voluntatis fundamentum veram dat bonitatem, stabilitatem, & valorem omni operi studioso fundamento sublato propriæ voluntatis.

Ex quo deduco; supremam veri obedientis curam versari debere circa mortificationem affectuum, & impulsuum propriæ voluntatis. Hanc enim ait Cassianus, esse finem vocatiōis eius: & in hoc, ait Sanctus Bonanatura, omnem Religionis eius perfectionem consistere. Et vt Sanctus Ephrem dixit: eo proficiet magis, quod amplius mortificauerit, ac subiecerit propriam voluntatem. Eum in modum, quo Sanctus Augustinus dicit: imminutionem cupiditatis, incrementum esse charitatis; & huius perfectionem, esse, omni cupiditate carere. Quare dicere licet: maximam propriæ voluntatis mortificationem esse augmentum Obedientiæ, qua Diuina voluntas executioni mandatur: perfectionem autem executionis Diuinæ voluntatis consistere in plena propriæ voluntatis spoliatione, & ampliam supremæ Spiritus paupertatis, qua hominem exuit & euacuat à seipso, & omnibus voluntatis propriæ actibus, vt superius est dictum.

AD HANC perfectionem his gradibus ascenditur. *Primus* est, nihil vnquam facere contra expressam Prælati prohibitionem; neque contra id quod creditur eius esse voluntatis. Et hinc ad *Secundum* ascenditur, quem Sanctus Basilius vocat, non facere quicquam in occulto cum desiderio, ut Superiori innotescat. Nam quamuis verum sit, licere Religioso multa bona opera facere, sibi non prohibita, nec petita à Superioribus facultate desiderij tamen ea occultandi ex timore, quod Prælati, si sciret, prohiberet: effectus est propriæ voluntatis, non Deum sed seipsam querentis: ideoque quicquid Superiore insciente fit, id quodam modo furtum est. Quare qui maiorem perfectionem desiderat, *tertium* gradum conscendere debet, quo desideret, quoad fieri possit, approbatione Superioris haberi

ad om-

omnes suas actiones: sic enim magis illæ erunt meritoria, magisq; leu-
tatem in modum, quo antiqui Monachi (vt Author est Cassianus) faculta-
tem hanc etiam ad res exiguas, & necessarias petebant: quò magis mortifi-
carent suam voluntatem, & inanem gloriam. *Quartus* gradus est, nunquam
querere directe aut indirectè Superioris voluntatem in huiusmodi faculta-
te concedenda, flectere, & ad suam pertrahere: sed ex animo optare, vt liberè
& absque vllò respectu ille constituat, & præscribat quod magis expediet; e-
tiamque resignationem habere, de qua nunc dicemus.

CAPVT XVIII.

INDIFFERENTIA ET RESIGNATIO PROPRIÆ

*voluntatis voluntati Dei & Prælatorum; & ratio facultatem ab eis petendi,
seq. ad id quod illi volunt, sed non iubent, offerendi.*

PERFECTA PROPRIÆ VOLUNTATIS MORTIFICATIO, de qua hætenus
diximus, secum adfert fideles duas heroicæ obedientiæ socias, quas *in-*
differentiam resignationem appellamus. **INDIFFERENTIA** in eo est posita,
vt Religiosus non magis ad vnam partem inclinaret, quàm ad alteram. Quem-
admodum statera bilances, quarum examen ita rectum stat, vt neque ad v-
nam, neque ad alteram inclinaret, donec pondus impositum alteram demit-
tata perfectus obediens, quamuis decreuerit omnia exequi, quæ sunt ex
præcepto, Regula, aut Ordinatione: fugere verò quæ illis repugnant, &
quæcunque sunt mala: ad reliquas tamen res pendet; & quod in se est, non
inclinat pondere affectus alicuius inordinati: sed æquè est indifferens ad
eas prestandas, vel relinquendas; expectans pondus obedientiæ aut ordina-
tionis Superioris: vt quò ille voluerit, absque repugnantia, aut contradi-
ctione eò tendat: non agens, vt Superior ad aliam partem inclinaret. Ita enim
voluntatem suam ad huiusmodi res rectam habet ac indifferentem, vt om-
nino sit ita Superioris voluntati resignata; vt pleno Dominio & potestate v-
tatur ea, ad quam partem voluerit. Eum etiam in modum, quo quis benefi-
cium, aut officium, quòd habet, ita alteri resignat; vt totum ius suum in eum
transferat ad liberum eius usum.

RESIGNATIO est animi decretum & generalis resolutio ad faciendum
quicquid Superior voluerit, seruans tamen indifferentiam ad quæuis parti-
cularia, donec Superior aliquid indicet aut decernat. Eum in modum, quo
Saulus dixit Christo Domino: a *Domine, quid me vis facere?* hoc est, iube
quicquid volueris: sum enim indifferens, resignatus, & promptus, ad
exequendum quicquid iusseris. O verbum (ait Sanctus Bernardus) bre-
ue, sed plenum, viuum, efficax, omnique laude dignum! *Breue est, eò*

Lib. 4. c. 10.

a Annum

p. 6:

Serm. in cõ-
uers. S. Pau-
li.

Xxx 2

quòd

quodd sine circuitu aperit quod sentit; est *plenum*: quia ad omnia, quae Deus iubere voluerit, sese offert, nulla re excepta, quantumuis difficili, amara, & contemptibili; est *uinum*: quia oritur ex magno feruore Spiritus, à Diuina gratia uiuificati; est *efficax*: eò quodd prodeat cum ad eò firma resolutione: ut factum putet, quodd Deus iniunxerit. est denique omni *laude dignum*, quia in eo verbo, quasi compendio quoddam Christiana ac Religiosa perfectio continetur: ideoque valde proprium est eorum, qui talem perfectionem sectantur, qui propterea meritò deberent cum simili feruore illud proferre suis Prælati & Magistris; & qui hoc modo incipit, sicut Sanctus Paulus, iam in ipsis inijs est perfectus. Et, ut idem Sanctus Bernardus dixit, ferè ante perueniet, quàm ire cœperit: nam in hac ad eò heroica resolutione, quasi in semine sunt omnes virtutes vitæ Religiosæ.

S. Bern. supra.

b Mat. 20. 33
Luc. 18. 41.

SED PAUCI TAMEN SUNT, qui illud verbum cum tanta perfectione proferant; multi enim ad duo vitiosa extrema declinant. Alterum eorum, qui ore quidd Superiore dicunt: *quid me vis facere?* corde autè & opere optat Superiore ipsi respondere, quodd Saluator noster duobus illis cœcis dixit: *Quid vultis, ut faciam vobis;* & annuere ipsis in omnibus, quae ipsi petunt: nec ququam negare. Aperiunt autem ipsi fallam suam resignationem in ijs, quae petunt, quatuor indicijs. *Primum* est, quodd petant precibus importunis, adhibentes multos intercessores. *Secundum*, quodd replicent & contendant instantià nimia; etiam si semel & iterum negetur, quodd petunt. *Tertium* est, quodd conuerantur de Superiore ac contra ipsum murmurent, si neget, magis quæ ostendant tristitiam: ut propterea Superior, eorum petitioni annuat. *Quartum*, quodd varias allegent rationes, argumenta, exaggerationes, & animi affectus prodant: non quibus veritatem, & necessitatem manifestent; sed ut persuadeant, concedi sibi, quodd petunt. Nam neque animum habent, ad mortificandas suas propensiones, & vehementia desideria, quae in eorum corde feruent, sunt quæ manifesti propriæ voluntatis effectus: neque tamen volunt ea palam & aperte sequi, contra iudicium & voluntatem Superiore; sed flectere eum conantur, ut ipsorum voluntatem ille approbet. Quali dicerent: iubeas me hoc facere: quia valde mihi arridet, ut faciam. Quamobrè, ut idem Sanctus Bernardus ait, in oculis Dei tales non sunt verè Obedientes Diuinæ, quæ tanquam pallio vtuntur: ut eius hostem, voluntatem propriam tegant. Et solet exitus eorum fraudem aperire: nam, ut plurimum, quæ ipsi suum commodum quærunt: vertitur in proprium detrimentum: ut ex multis exemplis constat: quæ in vitis SS. Patrum referuntur. Nam quoddam vi obtinuit à Prælato facultatem recipiendi se in desertum locum vbi fait à Dæmone deceptus. Alius importunè facultatem extorsit eundem

Serm. de
tribus ordi-
nib. Eccles.

ad in.

ad Infideles, vt esset Martyr: & in ea occasione cōstitutus fidē negauit. Alius, qui in Culina manens, donum habebat lacrymarum; facultatem obtinuit orandi semper in cella, in qua donum, quod habebat, amisit. Alij importunē facultatem obtinent ad mutanda loca, & perfectiones alicuius solatij, & res alias ad delicias & honorem pertinentes. Quas si superior neget, illi replicant, & instant, donec concedantur.

Et tunc ipsi contenti manent, iudicantes se illa facere ex Obedientia: cum tamen in oculis Dei inobedientia sit, & propria voluntas. Ideoque merito Deus permittit, ne finem obtineant, quem quærebant; sed contrarium. Eum in modum quo refert scriptura Sacra, quod cum Absolon rebellaret contra Regem Dauid Patrem suum, eiusq; exercitu dissipato, fuisset ipse à Duce Ioab interfectus. c. Achimaas petiit à Ioab facultatem ferendi ad Regem Dauid eius victoria nuntium, honorarium aliquod sperans. ad quem Ioab dixit, non expedire ipsi, nuntium esse in tali occasione, qua Absolon esset mortuus: quare alium ipse nuntium misit. sed instante Achimaas, etiam si blandè secundò Ioab denegasset, tertio tamen instante, & contentente illo, annuit Ioab: & ipse eodem momento discessit; & per compendium quoddam præuenit alterum nuntium; & ita primus Regi nuntiauit victoriam.

Sed Breui eum pœnituit: quia se aduertit deceptum. Dauid enim, cum intellexit mortem Absolon, gaudium ex victoria conuertit in tristem planctum, quo omnes repleuit tristitia. Hunc in modum multi sunt aded importuni in eo quod petunt, vt Prælati etiam videntes non expedire illis; annuunt tamen: tum vt seiplos à molesta illa importunitate expediant; tum quod maius aliud detrimentum vereantur ex aperta inobedientia, & repugnantia, si negent illis facultatem. Imo interdum, cum Deus videt subditorum corda non satis resignata, quamuis id ore non ostendant, eos tamē pœnit. permittens, Superiores errare, annuendo ipsis. In quo locum habet, quod ipse per Ezechielem dixit: *d. Juxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitatem eius respondentis.*

Qua morrem si Dei voluntatem nosse desideras, esseque verè Obedientis: quærenda tibi illa est (vt Sanctus Augustinus ait) corde sincero, proponens tuam necessitatem ac desiderium breuibus ac sinceris verbis: & ostendens veram indifferentiam, ac resignationem: & Prælato liberum relinquens, vt iuxta id, quod tibi magis expedire iudicauerit, id concedat, aut neget. Hoc enim erit tibi quod Deus a te vult, & si id præstiteris, eris Obedientis. Imitatus modestum illum ac resignatum modum, quo obediens illa Ruth (vt suo loco diximus) petijt à Noëmi licentiam exeundi ad laborandum, dicens: *e si iubes, vadam in agrum, & colligam spicas.* Dixit si vis

c. 2. Reg. 18.
9.

d. Ezech. 14.
4.

Conci. 2. in
psalm. 51.

Tom. 1.
tract. 2. c. 9.
c. Ruth. 2. 1.

f Marci. 10.
35.

& *uber*: quia subditus nunquam debet cum Superiore loquens hoc verbo uti *Volo* aut *nolo*: eò quòd sit inurbanum, audax, & non resignatum. Quale fuit duorum illorum discipulorum, qui Christo Domino nostro dixerunt: *f Magister VOLVMS ut quodcumque petierimus facias nobis.* Qui cum, quid vellent, aperuissent, acceperunt dignum sua propositione responsum. In enim illis Dominus: *Nescitis quid petatis* nec modum quidem petendi aptum tenetis: non enim dicendum erat, *VOLVMS*; sed, *Magister, si vis, & ita expedit, da nobis hoc, quod cupimus.* Ut plurimum enim cor non bene resignatum, sicut in modo petendi, ita etiã in eo quod petit, impingit. Defectus enim resignationis oritur ex Superbia, aut sensualitate, aut cupiditate: quæ impellunt ad petendum, quod honori indulgentiæ, aut lucro est magis conforme: non curantes, an expediat, nec ne. Sed obliquis hisce affectionibus mortificatis, quæ ut propriam voluntatem, ita alienam flectere conantur: sicut adhibetur modus resignatus, & intentio bona in petendo: ita etiam, aut petitur quod æquum est, aut si ex ignorantia aliquis est defectus, prudenti Prælati reparatur; & subditus æquè manet contentus siue concedatur, siue non: quod petit: non enim, quod sibi placeret, intendebat; sed quod Deo, per Superiorem significatum.

Aliqui nihil faciunt nisi quod iniungitur.

ALTERVM extremum, in quod aliqui sub indifferentiæ & resignationis prætextu impingunt, est, quod neque petere aliquid velint, nec facere præter ea, ad quæ iuxta summatum tenentur: sed expectare donec Superior expressè aliquid iniungat. Quod interdum procedit ex scrupulo: quia existimant, quicquid ipsi petant, à propria voluntate provenire; ideoque timere esse manere in eo, quod Sanctus Paulus dixit: *Domine quid vis, ut faciam?* & ita exuere omnem propriæ voluntatis actum nullo particulari indicio reticentius insinuat ipsi Prælato. Aliquando etiam oritur ex tepiditate spiritus, aut ex repugnantia sub prætextu non faciendi suam voluntatem: cum tamen in hoc potius eam sequatur, quàm in illo alio. Cum enim non libenter eam ferant: nolunt ad ferendam se offerre; sed expectare donec alius illam eis imponat, ac iubeat, quid sit agendum. Et hoc extremum est quoque valde noxium: multi enim sunt casus, in quibus perfectus obediens possit ac debeat expressam Superioris voluntatem præuenire; & aliquid ab eo petere, aut suam desiderium proponere, modò id fiat cum resignatione ià dicta.

I.

f Isai. 6. 8.

PRIMVS casus est, cum Superior insinuat, se cupere, ut aliquid faciamus: quamvis iustis ex causis nolit expressè mandare: quasi expectans, ut id ipso petamus. Et tunc id petere, & ad præstandum se offerre, est multò maior perfectio. Quemadmodum fecit Isaias Propheta, cum ei Dominus apparuisset Seraphinis stipatus, qui cum vellet seuerum quendam & terribilem nuntium ad populum suum mittere, dixit: *g quem mittam?* & quæ-

hinc nobis? quam vocem, vt audiuit Isaias, statim dixit: *Ecce ego, mitte me.* Quis dubitet intali occasione valde perfectam fuisse, Deoq; placuisse hanc obedientiam? & fuisset sanè Isaias valde parcus, nisi se ad eam obtulisset. Similiter fuit heroicam trium insignium, virorum facinus, qui statim atque audiverunt Davidem dicentem: *hO si quis mihi daret potum aque de cisterna, quæ est in Bethlehem: in: ca portam.* Illi statim, non expectantes Davidis mandatum, *perierunt Castra Philistinorum,* qui transitum in Bethlehem prohibebant, & cum periculo vitæ *hauerunt aquam de cisterna, & attulerunt ad David,* vt biberent quo facto voluntatem & animi promptitudinem ei seruiendi ostenderunt. Vt ex hoc milites veri Davidis Christi Domini nostri intelligant: qua ratione promptos se offerre debeant ad voluntatem Diuinam exequendam, non solum cum aliquid ipse per suos ministros expressè iubet, sed etiã quando aliqua dant indicia suæ voluntatis aut desiderij ad gloriam Dei.

SECUNDVS casus qui priorem magis illustrat, & moderatur, est, cum res bona, quam Superiores cupiunt iubere, aut nos optamus facere, laboriosa est, nostræque carni molesta, vilis, & abiecta in oculis mundi; & quam ex ipsa natura horremus. Tunc enim insignis propriæ abnegationis indicium est, ad rem illam exequendam nos offerre, antequam Superior eam iniungat. Sic enim nihil decedit Obedientiæ, sed potius perficitur: vt Sanctus Gregorius docet, & nos alibi fusiùs declarauimus. Nam quemadmodum nõ est contra perfectam resignationem, horrere, quod in nobis est, res honorificas & blandas, quas mundus & caro desiderant: vt sic melius nostrum imitatur Saluatorem ita non aduersatur eidem etiam, ad Christi Domini imitationem, si amemus ac desideremus ex parte nostra, res viles & molestas, quas caro & mundus perhorrescunt. Nam Christus, vt mundo manifestaret voluntatem ac desideria, quibus tenebatur, patri suo obediendi, eiusque mandatum seruandi, *i processit omniam venientibus ad ipsum comprehendendum,* & obtulit se spontè & promptè, ad cruciatus omnes, quos ipsi inferre vellent.

TERTIVS casus est, cum magnos in nobis Diuini Spiritus impulsus sentimus ad res aliquas præclaras in nostrum siue proximorum nostrorũ profectum exercendas. Quæ, quod tales sint, nec possunt nec debent absq; cõsultatione & approbatione Superioris exerceri. Ac proinde ipsemet Deus, qui seruentia ad eod desideria inspirat, vult, illa manifestari & proponi; & offerre nos, quod in nobis est, ad ea præstanda paratos. Cum ea tamen resignatione, vt cum illa Ruth solum dicamus: *si iubes vadam in agrũ;* hoc est, si probas, faciam talem pœnitentiam, aut suscipiam talem peregrinationem, aut aggrediar tale cœptum apud Indos, aut hæreticos: quod si non probas: neq; ego volo; neque enim aliud velle habeo, quàm Dei; per eum mihi manifestatum, quem ipse suo loco substituit.

AD EAN-

h 2e Reg. 23.
16.

2.

Lib. 31. mer.
c. 3.
in Duca
spirit.
Tract. 4. c.
10. §. 4.

i leon. 18. 4.

3.

k Ad Phil.
ver. 21.

12. Reg. 24.
16.

S. Tho. 3. p.
q. 47. a. 7.
Suarez, to-
mo. 1. in 3. P.
Disp. 43.
Sect. 3.

m 1. Petri
2. 21.

1.

AD EANDEM perfectionem spectat, ut cum Prælatum aliquid faciendum iniungit, offeramus nos, ad alia etiam, quæ iuvant ad plenius perfectiusque illa præstanda: quamvis hæc ille non iubeat, iuxta illud Apostoli ad Philemonem: *k confidens in obedientia tua scripsi tibi: sciens quoniam & super id, quod dico facies.* Nam perfecte Obedienti non satis est, quod Obedientia præceptum sonat, sed promptam voluntatem ostendit faciendi quicquid conijcit, Deum & Prælatum in eo casu optare: ut præceptum opus sit valde perfectum, Eum in modum quo Davidi petenti ab Areuna *l'aream ad edificandum altare Domino, in quo sacrificium offerret.* Ille eam statim obtulit, dicens: *accipias aream, habes quoque boues in holocaustum. & plaustrum, & iuga bouum usum lignorum:* quæ obtulit præter aream peritam: quia videbat, ea omnia spectare ad facilius exequendum, quod David intendebat.

SED multò magis in hoc proposito elucet Saluatoris nostri Obedientia: qui ex patris præcepto mortuus est pro hominum redemptione, sicut ipse sæpius est protestatus. Quod tamen præceptum non se extendebat ad omnes circumstantias & mortis suæ crudelitates; sed ipse immensa sua charitate, & ferventi Obedientia non solum obtulit se ad mortem crucis sibi imperatam; sed etiam ad flagella, spinas, & opprobria; & reliqua quæ mortem ipsam præcesserunt: *m exemplum præbens* perfectissimæ Obedientia omnibus suis discipulis: *ut sequerentur*, sicut Sanctus Petrus dixit, *vestigia eius* valdeque eminenter eius præcepta custodirent.

IN IDEM secundum extremum impingunt etiam alij, alia via valde diversa. Qui conseruandæ indifferentiæ & resignationis titulo, acceptant absque vlla replica aut oppositione, quicquid sibi præscribitur. *Prima* via est, quando ea, quæ iniunguntur, sunt ex se honorifica & splendida, aut palato & carni valde grata: in quibus tamen aliquod subest periculum. Nam iuxta Sancti Gregorij doctrinam: quemadmodum est indicium humilitatis & fervoris spiritus, quod quis se offerat, ut laboriosa & contemptibilia sibi iniungantur: ita etiam refugere eorum contraria, eandem virtutem prodit. Sicut videmus Moysen & Ieremiam refugisse officium honorificum, quod illis Deus iniungebat: adherentes pro se, quod non essent ad illa munia sufficientes: Et multi Sancti replicarunt, cum illis proponebantur officia gubernandi: in qua re perstiterunt repugnantes, donec accedent præceptum siue mandatum, quo ad acceptandum obstringerentur. Nam tunc ita facere debet resignatio suum officium: ut collum suum Obedientia iugo subijciat.

ALTER casus & via est, cum subdito ipsi aliquæ rationes occurrunt, cuius momenti; & existimat, Prælatum non esse earum conscius, si non aliter non talia iuberet. Tunc inquam præstat, eas Superiori proponere; non con-

dicendi animo, sed veritatem explicandi: vt absque deceptione Superior eligat, quod iudicauerit magis expedire. Nam (vt S. Gregorius quendam casum referens ait) non est res noua, quod Superiores tanquam homines decipiantur: siue, quod ipsi non satis attendant, quid constituent; siue, quod alij fallis informationibus ipsos decipiant. Quemadmodum David, etiam si esset Propheta, deceptus est, proferens sententiam contra innocentem filiū Ionathæ ex fallā S. b. x. famuli eius informatione: & cum innocens rationem suā, Dauidi redderet, renocauit partē eius, quod ex mala informatione prius constituerat. Et quoniam Diuina prouidentia non reijcit nostram cooperationem ac diligentiam ad errores præueniendos: non aduersatur, sed potius est conforme prouidentia, Prælatum informare de incommodis, quæ eius ordinatio adferet: cum resignatione tamen ad exequendum, quod vltimò ille decreuerit, vbi non erit manifestum peccati periculum. Et idem S. Gregorius cōfirmat hoc exemplo S. Nonnosii Monachi, qui audiens: Abbatem mittere Monachos ad laborandum in Oliuetis sæcularium, vt parum aliquod olei colligerent, quod Monasterij paupertati subueniretur: Sanctus ille proposuit Abbati ingens periculum, cui illos exponebat amittendi spiritum: quare demissè petijt, ne eos mitteret: cuius viri Sanctum zelum Deus insigni quodam miraculo confirmauit: multiplicauit enim modicum olei, quod domi habebant in multò maiorem quantitatem, quàm ipsi Monachi collegissent.

TERTIVS casus est, quando res, quæ præscribitur, aded est laboriosa, & molesta vt imbecillis caro naturaliter refugiat, eam aggredi: Et quamuis magna sit fortitudo, in huiusmodi casibus tacere, & rem aggredi, & experiri, an leo ille aded sit ferus, atque primo aspectu apparet? Qui tamen valde graue onus experitur, poterit cum animi demissione ac resignatione imbecillitatem suam proponere. Eum in modum, quo Christus Dominus nosse ad solatium debiliū, cum videret animam suam præ tristitia, & passionis instantis timore afflictam, & præcepto eam acceptandi constrictam: dixit Patri suo: *n. Pater mi. si possibile est, transeat à me calix iste. Veruntamen non fecit ego volo, sed sicut.* In primo ostendit carnis suæ imbecillitatem: in secundo manifestauit resignationem & promptitudinem sui spiritus. Quæ potest cum magna perfectione conseruari, etiam si caro aggredi recuset. Cuius indicium est: si statim, atque vltima Superioris resolutio ei innocenti animum ipse assumat (vt ait sanctus Basilius) ad suam Obedientiam exequendam, etiam valde amaram ac difficilem: quemadmodum Saluator ipse ex Oratione statim surrexit ad bibendum calicem suæ passionis: quia vidit eam esse æterni sui Patris voluntatem.

Lib. 1. dialo.
c. 4.

2. Reg. 16. 3.
Ch. 19. 26.
29.

Lib. 1. dialo.
c. 7.

3.

n. Matt. 26.
39.

De Const. 3.
Monastica
c. 18.

CAPVT XIX.

QVAM PVRA INTENTIONE, REVERENTIA, *bilaritate, & promptitudine Obedientia sit exhibenda.*



XIIS, QVÆ HACTENVS DIXIMVS licet facile cognoscere reliquas condiciones, ad hanc virtutem pertinentes in modo obediendi Prælati. Quarum summam quandam collegit Apostolus, monens seruos & famulos, vt suis Dominis obedirent, sic dicens: *Serui obedite Domino carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri sicut Christo: non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate seruantes sicut Domino, & non hominibus: scientes quoniam vnusquisq; quodcumq; secreta verum, hoc recipiet à Domino.* In quibus verbis insinuat Apostolus multas perfectæ Obedientiæ proprietates, quas supra fusiùs explicuimus. Quæ proprietates cum assignentur seruis & famulis, qui vel iure seruitutis, vel necessitate aliqua temporali subiecti esse coguntur: meritò debent eadem amplius in Religiosis elucere: quorum Obedientia (vt S. Bonauentura dixit) non debet esse seruilis, ob timorem pœnæ in transgressores Regularum constitutæ. Is enim finis valde vilis est, & spiritus mancipiorum, aut inuitè seruiuentium. Nec debet esse eorum obedientia ob aliquod lucrum & humanos respectus, aut commodum temporale, vt pluris in ipsa Religione fiat: nam & hic esset finis valde secularis, & spiritus famulorum aut mercenariorum; & indignus Religiosis, qui ingenuè renuntiarunt omnibus diuitijs, & secularibus honoribus: vt expeditius suum sequerentur Saluatorem. Debet itaque obedientiam eorum esse filialem, & purè ex amore: sicut boni filij parentibus suis obediunt, Cumq; Prælati non carnales, sed spirituales sint Patres; ita amor erga illos debet esse spiritualis. Qui quoniam referunt Christum tenentq; locum Dei in terra, vt supra est dictum, oportet eorum cum eo amore obedire, quo filij Dei, ipsimet Patri suo cœlesti obediunt, agnoscentes in Superiore infinitam dignitatem personæ, quam referunt. Nam si Apostolus iubet seruos obedire dominis suis secularibus sicut Christo: quantò magis, ait S. Basilius, id commendabit Religiosis, qui sponte sua Prælatos suos accipiunt loco Christi Domini? qui de Superioribus dicit: *Qui vos audit, me audit:* Aduertitur bene hoc discrimen in eo euento, quo Hebræi à Samuele Propheta, à quo gubernabantur, petiuerunt, vt ipsis Regem assignaret, qui eos gubernaret, sicut reliquæ nationes habebant. Et ipse Deus Propheta dixit: *Audi vocem populi in omnibus, quæ loquuntur tibi. Non enim te abiecerunt, sed me: ne regnem super eos.* Sed an cum Republica Ro-

a Ephes. 6. 1.
Colof. 3. 22.

Tom. 2. tra.
1. 6. 3.

De profes. 6.
Religi. c. 27.

De Const.
Monas. c. 21.
b Luc. 10. 16

et. Reg. 8. 7

gem habet, à quo regatur: non regat Deus in ea: Rex enim nō regnat, nisi propter auctoritatem, quam à Deo habet. Sed aliter tamen Deus regnat in Ecclesia & Religione per Prælatos Ecclesiasticos, assistens earum gubernationi magis speciali providentia, quàm gubernationi sæcularium, per eorum Reges. Nam etsi verum sit: hos etiam regere nomine ipsius Dei: id tamen fit providentia magis generali, quæ; cum altera illa collata, est quasi subditi nolunt, Deum in ipsis regnare. Cùm igitur pater cœlestis Religiosos gubernat per Samuelem, hoc est, per Prælatum, speciali sua providentia ipsis assignatum: hunc diligere ac reuereri, eidemque obedire sicut ipsi Deo debent; & quidem multò exactiùs, quàm sæculares subditi temporalibus Dominis obtemperant. Neque degenerat ab hac significatione nomen Samuelis, quod, teste S. Hieronymo, significat: *nomen eius Deus*. Superiores enim Ecclesiastici cùm maiori eminentia Dei nomen & auctoritatem habent, quàm sæculares. Quod etiam comprobatur sententia illa Dei ad Moysen: *Ecce constituto Deum Pharaonis*.

Ex hac veritate cordi bene infixâ, deducuntur reliquæ proprietates Obedientiæ Religiosæ, ut illa perfecta sit. Nam *in primis*, non debet esse Obedientia tantum exterior: qualis illa est, quæ puris hominibus exhibetur, non videntibus, nisi res ipsas exteriores: Sed debet esse etiam interior, sicut Deo debita, videnti ac penetranti ipsa corda. Ac propterea habere debet hoc nomine tres prædictas præcipuas conditiones. Ut scilicet exhibeatur cum pura gloriæ ipsius Dei intentione; ut ei placeat, & sancta eius voluntas fiat. *Deinde*, ut adsit integra conformitas & subiectio iudicij proprii ac voluntatis. *Tertio*, ut fiat cum vero amore ac reuerentia non solum politica, sed & religiosa: ita ut Superiorem iuxta dignitatem, quâ habet, magni faciat; etiam si is ob vitam suam pravam, dignus non sit, qui ametur, aut sit venerandus. Eum in modum quo veneramus Crucifixi imaginem: non quod aurea sit, vel argentea; sed quod Christum ipsum nobis referat; hoc autem etiam præstat lignea vel fictilis. Ex quo fit, quod hæc reuerentia & Obedientia non tantum sit in præsentia Superioris exhibenda, sed etiam in eius absentiâ. Nam etsi ille sit absens: Deus tamen, propter quem obedientia exhibetur, est præsens. Ac propterea Dauid d *postquam præcidit oram Chlamydis Saulis Regis*, qui ipsum grauitè persequèbatur, etiam si ipse lateret in specula, nec à Saule ipso visus esset, *percussit nihilominus cor suum*, eò quod Christum Dominum tetigisset. Sufficit enim, quod Prælatum, vinctus sit, & electus, & vices Christi gerat: ut bonus Religiosus & publicè, & priuàtim debitam ei reuerentiam & Obedientiam exhibeat, etiam eà indigno. Qui si in aliquam imbecillitatem, aut defectu pudendu incidit, sicut Patriarcha Noè: ne propterea eum irrideat, sicut fecit *Cham* nequâ eius filius; sed tegat

Rex propter auctoritatem à Deo regnat,

I.

d. Re 14.0

c Gen. 6.2.

& excuset *Sem & Iapheth* boni eiusdem filij fecerunt. nec accipiat tanquam sua Obedientia Ducem, oculum Superioris; qui tantum videt, quod sit ei praesens est; sed oculum Dei inuisibilis, qui omnia cernit. Et eodem feruore debet in omni loco obedire, cum praecipuus Superior sit vbiq; qui remunerare, aut punire potest *f bonum aut malum quod unusquisque fecerit.*

f Ephes 6. 8.

2.

Ex Quo apparet, in omni loco & tempore obediendum esse, cum cordis laetitia: quae duplex est, sicut solet etiam esse deuotio. Altera est laetitia sensibilis ac tenera in inferiori & sentiente animae parte, quam appellant concupiscibilem: cuius effectus valde placent corpori: quia ipsum cor solatant propter quietem & solatium, quo afficitur, cum praesentem habet ac possidet rem, ex qua illa laetitia oritur. Quae afficiebatur David; cum dixit: g

g Ps. 118. 23

Viam mandatorum tuorum cucurri, & dilatasti cor meum. Altera est laetitia spiritalis & substantialis in superiori animae parte, voluntate scilicet: quae, cum aliquid desiderauit, & habere studuit, & illud habet, sentit quietem & solatium in eo. Prima laetitia non est semper in nostra potestate: praecipue, si quod ex obedientia iniungitur: carnis propensione repugnat: quam vult Deus nobis deesse, vt obedientiae nostrae praestantia innotescat: Quare Christus Dominus noster, etsi semper magno Passionis suae desiderio teneretur eamque valde optaret ac diligeret: quando tamen imminebat, non vult laetitiam illam sensibilem admittere; sed eius loco tristitiam admisit, timorem, & agoniam vsque ad sanguinis sudorem. Habuit tamen laetitiam & gaudium spirituale, quo illam acceptauit; & requieuit, videns se voti compotem fieri: ideoque tanto animo & spiritus promptitudine ad executionem se obtulit, atque si ea fuisset corpori valde iucunda. Ac pro-

h Psal. 18. 6.

pterea de eo dicitur, quod h *exultauerit vt Gigas ad currendam viam: à summo caelo, vnde egressus fuerat, vsque ad summum eius, quo fuit reuersus.* Ex hac praecipua est laetitia, quam à nobis requirit Dominus, vt aduertit S. Bernardus explicans illud Davidis: *i delectare in Domino, & dabit tibi petitionem coram tui.* Quomodo, inquit, Propheta Sancte, iubes, nos ita absolute in Domino delectari? quasi haec laetitia in nostra esset potestate. Sed Propheta non de affectu dulci loquitur, sed de exercitio virtuoso: cum scilicet quod possibile est, facimus, vt placeamus Deo in omnibus, quae nobis mandat: nam hoc est quod dicimus, quod in te est delectari & gaudere: quasi dixerit: delectare in Domino, id est, ad hoc tende, ad hoc conare, vt in Domino delecteris; & quietem ac solatium interiùs in eo positum putes, quod eius voluntatem impleas; tuisque Praelatis obedias, etiamsi caro repugnet ac tristetur. Nam simul cum hac diligentia id quaeris, vt corpus & anima; spiritus, & omnes interiores facultates in Deo viuo delectentur; & in obedientia mandatorum eius: & par est te ad id contendere, vt illi k *seruias* (vt ait David) *in laetitia &*

i Psal. 36. 4.

serm. 5. in

Quadrages.

circa finem

k Psal. 99. 1

exultis

ratione; non propter propriam delectationem, sed vt opus Obedientiae
 cu maiori diligentia ac perfectione perficias. Nam (vt Philofophus dixit) de-
 lectatio peritit opera. Et quoniam Deus essentialiter est iucunditas & lati-
 tudine vult sibi cum latitia obediri. Nam (vt Apostolus dixit) *hilaritatem dabit*
Deus. Neque ea hilaritas & latitia valde difficilis ei erit, qui cer-
 tissime Fidei oculis intuetur non hominem, sed Deum, qui praesens adest:
 propter quem obedit, & a quo fauores & praemia expectat suae obedientiae:
 quamuis homo ea contemnat, aut non remuneret. Scriptum est enim in *Bene-*
dictionem dabit Legislator. Quis autem Legislator eam dabit? no terrenus, sed
 celestis. Cui autem eam dabit? Obedienti & custodienti legem eius. Et quana
 dabit benedictionem? Spiritualem, descendentem de caelo per Christum, cuius
 amore cor dilatatur, ad currendum velociter per viam mandatorum Dei. n
Recordare igitur, quod aspiciat te Deus *& delectaberis*, sicut Dauid, *& exerci-*
taberis in eius Obedientia. & tunc beatitudinem illam obtinebis, de qua idem Da-
 uid: *Beatus vir, cuius in lege Domini voluntas eius*; aut, vt habet alia versio, *vo-*
luntates eius. Dices qu: *p quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo!*

Ex eadem radice oritur promptitudo obediendi ad nutum, vel imper-
 fecta (vt Cassianus ait) litera relicta, vt sine vlla mora applicet se quisque ad
 quod vocatur. Nam Religiosus (ait S. Basilius) ne ad vnum momentum sui-
 prius potestatem habere debet, ad faciendum quod pro suo arbitrio vult.
 Quare si absq; legitima causa in aliquo haeret: iam suae propriae satisfacit vo-
 cationi: & quamuis Praelatus id non videat: videt tamen Deus, cui nec mini-
 ma haec mora laeret. Nam (vt S. Chrysostomus ait) cum tanta celeritate vult
 sibi obediri, vt nec ad instans temporis moras trahamus in exequendo, quod
 iubet. Quemadmodum q *filii Zebedaei* & S. *Matthaeus* cum eos *Christus voca-*
ret, statim, *relietis retibus, & omnibus, secuti sunt eum*; & sicut Samuel, qui voca-
 tus Deo, statim ac celeriter surrexit ex lecto; & quater eadem nocte voca-
 tus, cum tanta promptitudine ac velocitate ad quartam vocationem surrexit,
 qua surrexerat ad primam.

PLENIUS haec intelligentur, si discurramus per quinque capita, in qui-
 bus Deus Dominus noster vult nos ad nutum promptos esse ac paratos: quae
 omnia generatim pertinent: ad materiam obedientiae. *Primum* caput siue pri-
 mores est, vt Diuinis eius inspirationibus, & internis vocationibus statim &
 absque mora locum demus, & consentiamus: vnusquisque enim Dominus
 libenter videt, vt cum ipse pulsat famuli statim aperiant ei. Sic enim dixit
 saluator nos debere esse *similes hominibus expectantibus Dominum suum, vt,*
cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei. Si enim moras traxeris, forte i-
 talicetur Dominus: vt quando aperite volueris, se subtraxerit, ac discesserit.
 Quemadmodum euenit *l sponsa*, quae cunctata est in aperiendo portam *sposi*

10. *Eth.* c. 4.

12. *Cor.* 9. 7

m *Psa.* 83. 8

n *Psa.* 76. 4

o *Psal.* 1. 2

p *Psal.* 118. 113

2.

Li. 4. c. 12.

De consi.

Mona. c. 18

Homi. 14. in
Matth.

q *Mat.* 4. 21

Ec. 9. 9.

r *Luc.* 12. 36

s *Can.* 5. 6

t Psal. 35, 12.

u Pro 3. 28.

x Dent. 23, 21.

y Isa. 28, 10.

13.

Li. 4. de gra.

cont. c. 314.

suo: qui propterea, cum postea illa aperiret, *declinauerat ac transferat*. *Secunda* res, in qua Dominus requirit promptitudinem nostram, est resistentia, qua hostis tentationes repellamus, occludentes statim, atque ille comparent, voluntatis nostrae portam: ut nec ad momentum illa pateat. Qualibet enim mora valde est periculosa: ne contra nos hostis preualeat, et *ueniens nobis per improbia* (ut ait David) & cuiusvis mali affectus; *Et manus peccatoris furioso suo impetu nos moueat*, ac deiciat. *Tertia* res, qua nos vult esse promptos, est in implendis votis & bonis propositis, non differentes executionem, neque occasionem quarentes harentes, etiam sub pretextu aliarum virtutum. *Quarta* res est, ut faciles simus in reddendo proximis, quod a nobis petent; siue iniure petant, siue ex gratia & misericordia: si tamen id prestare possimus iuxta illud Salomonis: *u ne dicas amico tuo vade, Et reuertere. cras dabo tibi cum statim possis dare*. Ac denique, vult, nos promptos etiam ad nutum in obedientia obtemperatis, ita ut eorum precepta & ordinationes exequamur, absque suo & excusationibus quaesitis ad trahendas moras, iuxta illud: *x cum uouit uenerit Domino Deo tuo, non tardabis reddere. Et si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum*. Ita ut nobis persuadecamus quamcunque etiam paruam moram, esse aliquam inobedientiam; & quasi Deo diceretur: promisi quidem, Domine, hoc facere: sed nunc uolo aliquid temporis uoluntati & palato meo tradere. postea tuae uoluntati satisfaciam. Nam haec occasio efficit, ut post has moras alia trahantur maiores, sensimque eod deueniatur, ut promissum opus praeteretur & negligatur. Ac propterea odit Deus sermonem illum populi tui dicentis: *y manda remanda, manda remanda; expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi*. Quam sententiam licet cum S. Victore accommodet tepidis Religiosis: qui tenentur magno desiderio, ut Deus aliquid ad suum obsequium spectans illis iniungat; sed, cum ad executionem uenit, excusationes quaerunt, & causas differendi: & harentes modicum in una occasione, & modicum in altera: tandem omnino recedunt; & quod antea desiderabant, deserunt. Sed alij sunt peiores: qui existimantes, se multa habere precepta, Regulas, & ordinationes, a suo torpore defatigati, & quasi ex aliquo quodam affectu dicunt: toties manda & remanda: ergo expectet & reexpectet; harentes modicum in hac occasione, & iterum modicum in altera: quia non multum refert tantopere festinare in ijs, quae praecipuntur. Sed haec phrasis cedit in ipsorum ruinam. Nam dum modicum harent, & fatigant Dominum, qui aliquid illis mandat, modicum expectare; deserit illos specialis eius prouidentia; ac permittit, hostem illos deijcere in abyllum inobedientiae. Quod si hoc periculum times, horreas ineptum hoc canticum: & statim atque Dei aut tui Praelati uocem audiueris, ad executionem accurre, sicut fidelis ille populus, de quo dicit DOMINUS.

populu, quem non cognovi, seruiuit mihi; in auditu auris obediuit mihi. Quasi
 Deus (vt ait Sanctus Bernardus) loquens cum suis Angelis diceret: non mi-
 ni est, quod vos, quos ego noui, & beatos effeci, sitis mihi in omnibus obe-
 dientes; & alas habeatis, ad exequenda cum festinatione iussa mea: sed illud
 valde mirum, quod populus, quem ego quasi abieceram, ac deserueram: in-
 repperit mihi ad eod seruenter seruire, & obedire: vt nunc absque vlla mora ad
 me redeat; vt, quicquid iussero, exequatur.

Seo quoniam aliqui, etsi promptè & ad nutum obedientiam auspicetur,
 intrinsecus in eius executione torpentes, ac remissi: idèd necesse est, vt &
 principium sit feruens; & executio ac progressio diligens & sollicita: vt ip-
 sum opus sit perfectum. Per huiusmodi enim obedientiam obtinetur fami-
 liaritas cum Deo, & sanctis eius: iuxta illud, quod Sapiens dixit: *a vidisti virum
 uolosem in opere suo? coram Regibus stabit: nec erit inter ignobiles.* Dili-
 gens enim seruus ad eod exactè perficit quod iubetur: vt sui Domini vo-
 untatem ad se alliciat, ac pertrahat; & in sua diligentia ab eo honoretur.
 Et Ecclesiasticus dixit: *b In omnibus operibus tuis esto velox: & omnis
 infirmitas non occurret tibi.* Diligentia enim in agendo, remouet de-
 fectus, & errores omnes; sicut negligentia mater est inobedientie, ad eod de-
 ficiens in exequendo, quod iubetur; vt sæpè peius sit ita agere, quàm si om-
 nino ommitteretur. Ac propterea dixit Sapiens: *c Qui mollis & dissolutus est in
 opere suo, frater est sua opera dissipantis.*

Ser. 40 par-
 uorum.

4.

a Pro. 22. 29

b Eccl. 31. 27

c Pro. 18. 9.

CAPVT XX.

OBDIENTIÆ INTEGRITAS ET PER-
 senerantia.

EX PRÆDICTO OBDIENTIÆ FERVORE sequuntur duæ ultime
 eius proprietates præcipuæ: vt scilicet illa plena sit, & constans vs-
 que ad finem operis. Non enim sine causa dixit Saluator: *a Beatos
 esse, qui eseruiunt & sitiunt iustitiam.* Quemadmodum enim qui valde
 eseruiunt, comedit, quicquid apponitur, vsque ad satietatem; qui autem nau-
 sea laborat: valde parum comedit, & statim desistit, anteqnam sumat,
 quantum opus esset: ita feruens, qui obedientiæ cibum appetit, eam integre
 & plenè peragit, nulla eius parte prætermissa: tepidus autem, qui nauseam a-
 liquam ex ea concipit, sumit eius vnã partem, vt Superiori satisfaciat; late-
 ram verò relinquit, vt suo tædio aut nauseæ det locum. Quamobrem meritò
 in Apocalypsi *b tepiditas* confertur cum aqua tepida, quæ calorem & frigi-
 ditatem ita diuidit, vt vtriusque mediam partem accipiat. vt nec omnino

a Mat. 5. 6.

1.

b Apoc. 3. 16

si t fri-

*sit frigida nec omnino calida; & ita tepidus diuidit virtutes & opera hinc accipiens aliquid, vt virtutis studiosus videatur; inde verò aliam omittit, vt in palato satisfaciat. Diuidit obedientiam faciens, quod est facile; & honoris suo conforme; omittens verò, quod pœnam adfert, & contemptum aut subijciens Prælati maioribus: quia id non videtur adferre vtilitatem; contemnere verò inferiores: quia videtur abiectum. Diuidit humilitatem, acceptans eam humiliationem, ex qua ipse honorem obtineat humilis; reiiciens verò eam, quæ aliquam adfert ignominiam. Etiam charitatem mille modis diuidit, vt paulò post dicemus. Qua diuisione eam destruit, & reliquæ virtutes diuisæ pereunt; quæ in omnibus partibus amant integritatem. Et in modum, quo Sanctus Iacobus dixit: *c patientiam habere opus perfectum: et simul perfecti & integri in nullo deficientes eorum, quæ Deus iubet; & cum perseverantia per totum tempus, quo ille perseverandum constituit. Quod seuerius adhuc obligat Religiosos; nam continuatio & perpetuitas est trium votorum proprietas; ac proinde etiam operum, quæ sunt illorum propria. Cuius figura ponitur in Leuitico, cum dicitur: *d Bonem & onẽ atre & candida mputatis volunt arẽ offerre potes: votum autem ex eis solui non potest. Hoc est: seclularis non obstrictus Religionis votis, potest offerre Deo opus, quod voluerit; & cessare ab eo, quando voluerit. Et quamuis desit ordinatio Prælati, perseverantia in opere perficiendo: non propterea desinet esse acceptum. At Religiosus, qui tria hæc vota edidit: nullum sacrificium, aut opus aliquod magnum, aut paruum offerre debet cum obedientiæ & perseverantiæ defectu: non enim placebit Deo, quod fecerit contra Superiorum voluntatem; aut non perfecerit, quod est ab eis constitutum. Equissimum enim est, vt principium & finis operis dirigantur ab obedientia Domini, qui principium est & finis rerum omnium: ita vt inchoetur, quando ipse iubet; & perseveretur donec perficiatur, aut ipse aliud iubeat. Perpendit Sanctus Ambrosius, quod quando *e Noë aperuit fenestram arca, & vidit cessare diluuium & terram iam avescere: videbatur expedire, vt statim exiret ex arca: quidem propterea tantum in eam ingressus fuerat, vt diluuium euaderet: tamen exire noluit, donec Deus id iuberet. Iustus enim (ait) nihil suo arbitratu vult facere, sed Dei: vt qui cœlesti fuerat ingressus oraculo, cœlestis debuit, vt egrederetur, expectare responsum. Quemadmodum Angelus S. Ioseph dixit, vt in Ægyptum fugeret, ibique maneret, vsque dum aliud ei significaretur: quod fideliter ille præstitit.****

¶ *Obedienciæ modi in signe exemplar præcessit in populo Israel: cum per desertum pergerent in terram promissionis: de quo ait Scriptura sacra: *f ad imperium Domini proficiscebantur: & ad imperium illius figebant tabernacula, obediens cum magna promptitudine, resignatione, ac perse-**

c Iac. 1. 4.

d Lev. 22. 23

Vide S. Gre.
infra citan-
dum.Lib. de Noë
& Arc. c. 21
c Ge. 8. 13. 16

”

”

”

”

”

”

2.

f Num. 9. 18

stantia: in hunc modum, vt quamdiu nubes, quæ tabernaculum præteribat, in quo erat arca, stabat: ibi castra metabantur; & tamdiu hærebant, quamdiu ipsa nubes: siue id per diem vnum esset, siue per duos, siue, per mensem aut ultra: cum autem ex tempore ablata esset nubes, tunc illi statim proficiscuntur, eamque sequebantur quocumque iret; quæ si repente sistebat quocumque loco & tempore, & ipsi statim & eodem loco manebant. Et hoc modo perseverarunt per quadraginta annos, donec ad terram promissam peruenirent. Quare *g nubes* illa, quasi vox & imperium Dei erat, cui obediabant, & quem sequebantur in tanto illo itinere.

PRAETEREA: quàm proprium censetur esse obedientiæ, victoriam obtinere, vt supra est dictum: tam etiam est proprium perseverantiæ: sine qua non potest esse victoria. Frustra (inquit S. Gregorius) currit, qui antequam ad constitutam metam perueniat, subsistit. Nec multum prodest, hostem in primo congressu superasse: si ipse nos superet in postremo. Et qui opus obedientiæ inchoat, nec perficit, *h illudent ei hostes, dicentes: Hic homo cepit adificare &c.* quia defuit illi virtus, *non potuit consummare.* Vis videre: quãti Deus faciat perseverantiã in obedientia? recordare quòd cum Iosue prælium iniisset cum quinque Regibus, & dies iam iam esset finienda: Deus prodigiosè illam ad multas horas produxit; vt inchoatum opus finiri posset. *Obediens Domino voci hominis, id ab ipso petentis, vt iniunctam sibi obedientiam explere posset.*

MEMOR etiam esto ingentium calamitatum, quæ infelici Sauli euenerunt, eò quòd non plenè & perseveranter executus fuerit mandatum Dei in delendis Amalechitis, eorumque gregibus. Scriptum est enim: *k Maledictum qui facit opus Domini fraudulenter,* aliquid scilicet eius subtrahens, aut illud non perficiens, quæ sitis fictis rationibus, quasi cupiens, si posset, in benem ipsum decipere. Quod ampliùs idem Dominus per Malachiam declarauit, dicens: *l Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum* (hoc est sanctum & integrum) *& votum faciens, immolat debile & claudum Domino: quia rex magnus ego & nomen meum horribile in gentibus.* Quasi dixerit: si talis votum non fecisset; aut in grege suo sanum & integrum pecus non habuisset, quod offerret: dissimulassem vtique, eiusque parcam oblationem accepissem: sed, si voto se obstrinxit; potestque illud implere, offerens masculum, integrum, & perfectam oblationem; non cæcam, aut claudam, aut cui membrum aliquod desit, aut maculam aliquam habeat: nisi id faciat, dignos est, qui puniatur. In hoc enim me contemnit, paruique facit nram maiestatem. *Offer* (inquit ipse Dominus) *munus illud, claudum scilicet & languidum Ducis tuo; si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam.* Quod igitur Duci tuo non placet; quomodo vis, vt placeat mihi? & quod non fuisses

g Exo. 17, 7.
interlinear,
ibid.

Lib. i. moral. c. 20.

33
33
h Luc. 14, 30.

i Ios. 10, 14.

4.
k Ier. 48, 10

l Mat. 1, 141

Vers. 8.

ausus terreno alicui Principi offerre: quomodo audes offerre mihi Regi totius creaturæ? Hæ sunt querelæ, & minæ Magni nostri Dei, qui dolosos & maledictos pronuntiat non eos tantum, qui editis votis omnino non satisfaciunt; sed eos etiam, qui cum possent bene & plenè illa implere, offerentes sicut in *Abel primo genita*, & optima sui gregis, id non præstant; sed potius vilissima & contemptissima, quæ habent offerunt cum multis alijs defectibus in ijs quæ agunt: quasi non libenter illa offerant, parui facientes ipsum Dominum, cui ea offerunt. Quamobrem merito repellentur sicut Cain, ut supra est dictum.

IMPRONAMVS tandem finem dicentes, plurimum referre, ut oculos aperiamus ad bene cognoscendos Sathanæ dolos & fraudes contra hæc obedientiæ integritatem & perseverantiam. Propterea enim de eo dicitur, quod *n. insidietur calcaneo nostro, fini scilicet operis & vitæ, accedens tanquam traditor à tergo, ne agnoscatur; & proponens speciem aliquam virtutis apparentis, ad facilius decipiendum.* Quando apertè aggressus est Prophetam, quem Dominus iusserat quopiam proficisci, præcipiens ne quid ibidem comederet; aut biberet; non potuit eum à sua obedientia dejicere: quando autè transfiguravit se in Angelum lucis, illum decepit & abstulit ei perseverantiam, & primæ victoriæ gloriam. Et idem conatus est facere contra Christum Dominum nostrum, suadens ei descendere de cruce, ad quam ex obedientia ascenderat: proponens ei, quod *o si descenderes, Principes Sacerdotum & reliquus populus converterentur, & crederent ei.* Sed quoniã Christus novit eius fraudes, contempsit eius promissa, & ita perseveravit in sua obedientia usque ad finem, cum dixit: *p. Consummatum est quicquid mihi fuerat mandatum.* Et tunc inclinato capite, tradidit spiritum in signum obedientiæ & subiectionis, in qua moriebatur. *q. Factus (ut ait Apostolus) obediens usque ad mortem, mortem autem crucis; in qua obedientiæ cibum usque ad ultimum bolum comedit.* Eius enim *r. cibus fuit non solum facere voluntatem eius qui eum miserat, sed etiam perficere opus eius.* Quo exemplo docuit discipulos suos constantiam, qui in operibus obedientiæ servare debeant: suspecta habentes quamcumque suggestionem, suadentem ab ea declinare, etiam cum titulo rei alicuius melioris: siquidem nulla potest æquiparari obedientiæ usque ad mortem perseveranti; maxime cum ipsa mors acceptatur, ut obedientia perficiatur. Quomodo admodum ipse Salvator mortem subiit, ut Patris sui impleret mandatum. Quare si cupis cum summa perfectione illum imitari, ita perseverare debes in obedientia usque ad mortem: ut ipsum mori sit obedire; imponens tibi vitæ finem heroico obedientiæ actu, & mortem acceptans cum omnibus horrendis eius pœnis; propterea quod Deus vult te mori. Nec defuerunt inter antiquos Monachos, aliqui adedò suis Abbatibus & Patribus spiritualibus o-

bedientes

bedientes, vt etiam constituti in ipso mortis agone, voluerint ex hac vita decedere, & exspirare ex obedientia, & mandato eorum, ita annuente Domino nostro pio eorum desiderio. *O beati mortui, qui ita in Domino moriuntur! t* *moritur anima mea morte iustorum & sicut nouissima mea horum similia.* Viuat spiritus meus perpetuo in obedientia propriae voluntati mortuus: vt etiam ex hac vita exeat cum obedientia, abnegans voluntatem, quae viuere cupiebat. Si enim uir *obediens loquetur victorias*: viuens & moriens in obedientia viciniam obtinebo victoriam, & aeternam gloriae coronam.

[Apo. 14. 13.
t Nu. 23. 10.]

u Pro. 21. 28

CAPVT XXI.

QUANTVM REFERAT RELIGIOSIS CONTENTOS MANERE
in quocunq; loco ab obedientia designato, nullo alio ex propria
voluntate quesito.

VNVM EORVM, IN QVIBVS RELIGIOSI, obedientiae suae perfectionem ostendent, est resignatio manendi in loco à Praelatis designato: id quae, quamdiu ille constituerit, ita vt neque pro mutatione loci, nec pro eo retinendo iuxta propriae voluntate inderet, sed eam utroq; nomine mortificent. Illa. n. libenter loca ea eligit ad habitandum, in quibus magnas habeat comoditates, ad indulgendu suo palatio, & honorem aliquae retinendum, aut obtinendum; ad quos multas excogitat rationes, fucos, & necessitates fingit; potentes adhibet intercessores, & aliaque violenta media ad Superiorum voluntatem flectendam, vt voti sui compotes fiant. Quae omnia valde à via recta abducunt; & aliena sunt à vocatione Religiosa, & obedientia, quam profitentur. Nam qui tantu animi habuit, vt obediret Deo iubenti exire de mundo, è terra sua, ex domo parentum, & renuntiare affectibus omnibus ad res terrenas, vt Religionem ingrediatur: cur non eundem induat animum, vt suis Praelatis obediat, cum iubent egredi ex aliquo loco, in quo libenter manet; & migrare aliud, in quo non manet libenter? Qui maiorem fecit mutationem, & tot graues conculcauit difficultates; cur non faciet minores, in qua minores sunt difficultates? Num Religiosus patriam aliquam habet particularem, cui se in hac vita addicat: nisi id fiat ex obedientia? Neque enim vacat mysterio, quod quando Deus Abrahamo dixit: *egredere de terra tua, & veni in terram quam monstro tibi*; Non ei tunc particularem aliquam designauit: imò Apostolus ait: *egredere, ne ciens quo iret.* Vt intelligat Religiosus (cuius vocationem illa Abrahamae significat) quod debeat prouidentiae Diuinae fidere, etiam quoad locum habitationis suae; nec aliam habere terram, siue patriam, quam quae ipse Deus per eius superiores illi assignauerit. Et quemadmodum Abraham tunc ostendit, se obedientem, & promptum ad eundem ad quacumque terram,

1.

2.

a Gen 12. 1.
b Heb. 11. 8.

Z z z 2

quam

3.
C. Verf. 4.

4.

5.

d Luc 27.

e Mat. 2. 23.

f Mat. 8. 20

quam Deus illi ostenderet, siue propè illa esset, siue procul; siue iucunda siue aspera; inter amicos: aut inimicos, siue circumeundum esset, sicut reuerentia fuit; siue rectà pergendum: ita Religiosus resignare se debet Diuinæ voluntati, ad manendum in ea terra, quæ sibi assignabitur, cuiuscunq; illa fuerit conditionis. Et quemadmodum idem Abraham, ut refert Apostolus, *morabatur in terra, quam Deus illi ostenderat, tanquam in aliena*, & quasi peregrinus; ita Religiosus iudicare se debet peregrinum in hoc mûdo, ut quilibet eius locus sic cordi suo tanquam terra aliena, cui non adhærescat, nec afficiatur propter proprias vllas commoditates: ac proinde, ut sit paratus eum deserere, quando cunq; Deo placuerit. Et qui resignatus & paratus esse debet ad vltimum ex terra in cælû discessum: quid mirum, si etiam paratus sit ab vno in alterum locum mutari? Et qui ob sua scelera dignus erat, qui infernum perpetuò habitaret: quid mirum, si se resignet, ut sit hic in loco, vbi aliàs noller manere; aut aliò ire, vbi minus ipsi placet? si homines ob sua scelera exulant à sua patria, & in pœnâ damnantur, ut maneat in aliena; aut in Insulis valde remotis: quid mirum, quòd Religiosus se ipsum condemnet propter peccata, quæ aliquando commisit, ad locum acceptandû à suo Prælato designatum: etiam si exilium illud reputer. Christus D.N. ab infanzia sua cœpit exire ex patria sua, & quidem ad loca valde incommoda, & molesta. Nam primùm obediens mandato Augusti Cæsaris *ascendit in Bethleem*, vbi natus est in quodam valde paupere tugurio, magno frigori exposito: & *vixit in Ciuitatē suam Nazareth rediit*, cum statim debuit ex obedientia fugere in Aegyptum: vbi septem circiter annos cum magno incommodo vixit. Et cùm cœpit Euangelium prædicare, nullum habuit locum propriû ad quiescendum. Et quamuis *fulpes foueas proprias habeant, & volucres cæli nidus suos* tamen hominis nullum proprium habebat locum, *vbi caput suum recimeret*: ut hinc eius discipuli intelligant, quod non debeant proprietatem vllam habere, quod ad locum attinet propriæ suæ habitationis: sed omnia remittere prouidentie Diuinæ.

§. I.

HINC IGITUR PRÆCIPVVM fundamentum accipiendum tibi est huius resignationis, pro certo tibi persuadēs: in nullo loco te posse habere maiorem profectum, & securitatem, nec maiorem quietem, honorem, leuamen, & solatiû, quàm in loco tibi à Diuina prouidentia per tuos Superiores designato: qui & Diuinæ voluntatis sunt interpretes, & gubernationis eius instrumenta. Contra verò in loco, quem propria voluntas contra Prælatorum voluntatem elegeris: nec spiritualem habebis profectum, nec securus eris neclatus, nec honorem & requiem habebis, quæ cogitas: sed contra, defectiones, pericula, tristitias ac desolationes, aliæque gra-

ita incommoda. Præcipua enim securitas ac prosperitas in omnibus nostris
 cæntis, non tam pender ex loco, quàm ex speciali Dei nostri protectione;
 quæ provenit à beneuola eius prouidentia. Ac propterea dicebat Danid: a
Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Et S. Iob ait
 Deco: *b visitatio tua custodiuit spiritum meum.* Hanc autem protectionem ordi-
 nant adhibet Deus erga eos, qui ipsius sequuntur ordinem præscriptum,
 manentes in loco, in quo illos posuit: & qui inde discedentes alium pro suo
 libitu eligunt, fiunt ea indigni, magis quæ periculis sunt expositi; quæ om-
 nia ipsis tribuuntur, ed quòd Diuinæ prouidentia Ordinem relinquentes,
 propria consilia sequi voluerint. Quòd si aliqua huius rei exempla habere
 velis; conijce oculos in illos duos insignes viros Abraham & Loth; Quo-
 rum itinera & mutationes valde diuersos habuerunt exitus: ed quòd di-
 uersa planè consilia in eis mutationibus sint secuti. Nam Abraham in om-
 nibus suis perfectionibus ordinem sequebatur à Deo sibi præscriptum, il-
 ludque amplectebatur, quod suo Creatori placere inrelligebat. Qui illum
 protexit in omnibus, & à magnis periculis, in quæ inciderat, eripuit, dicens
c Noli timere Abraham ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Et
 eadem promissa fecit postea eius nepoti Iacob in perfectionibus, quas ex
 Diuinæ prouidentia consilio inchoabat, dicens ei: *d Ego ero custos tuus, quo-
 mque perrexeris.* Et ita præstitit toto tempore, quo mansit in Mesopota-
 miam, etiam quando redijt ad locum, vbi eius parentes erant: dans ei semper
 prosperos valde rerum euentus Sed quid de Loth dicemus, cuius felicitas
 valde fuit magna, quamdiu simul fuit cum Abraham patruo suo, sequens
 diuinæ prouidentia ordinem & consilia? Cùm autem aded multiplicaren-
 tur utriusque greges, vt opus esset ab inuicem separari: Abraham tanquam
 magis humilis dixit ipsi Loth: *e Ecce vniuersa terra coram te est: recede à me ob-
 iura.* Indicium enim Diuinæ voluntatis reputabat, vt ipse in eo loco ma-
 neret, quem alter desereret. Loth autem acquieuit propositæ conditioni: &
 inde eius cæperunt infortunia. Nam in ea electione secutus est tanquam
 homo, iudicium sensuum suorum, qui semper sunt propensi ad ea, quæ sunt
 magis iucunda & magis arrident: Ideoq; elegit *regionem circa Iordanem pro-
 pe Sodomam, qua tunc erat valde fœcunda, & quasi Paradisus Domini.* Sed breui
 tempore deprehendit deceptionem: nam paulò post captus fuit, & cum reliquis
 Sodomæ ciuibus ductus in captiuitatem: in qua per totam vitam mansisset,
 nisi Abraham ipsum liberasset. Sed redeunt ad eundem locum: multiplicata
 sunt eius calamitates, & pericula corporis & anime, ob detestandos mo-
 res ciuium Sodomorum; cùm quibus perijsset nisi Diuina misericordia ex-
 cuitate illa exectanda illum eduxisset. Vt ex hoc exemplo appareat, quan-
 tum sit erro, eligere locum suæ habitationis pro suo solo libitu, aut com-

a *Psal. 126. 1.*b *Iob. 10. 12.*c *Gen. 15. 1.*d *Gen. 28. 15.*e *Gen. 13. 2.*f *Pet. 2. 7.*

moditate aliqua temporalis: non habita ratione incommodorum. quæ possunt animæ euenire, neque quæ sit à voluntate Dei, quæ potest nos ab eis liberare. Quamuis enim Diuina misericordia tanta sit, vt solet ex periculo eripere etiam eum, qui ex propria voluntate, nec satis attendens quid ageret, in illud se coniecit: non expedit tamen, tentare Deum, & ex proprio iudicio & consilio locum eligere, qui videtur iucundior: cum possit per Prælatum intelligere, quid Deus velit: & in eo certius erit eius auxilium: quodd cum maiori fiducia licebit ab eo petere.

f Gen. 19. 14

Traç 4 c. 4

SED non hic finitæ fuerunt ipsius Loth calamitates ex eò quodd non se plenè subiecisset Diuinæ prouidentia directioni. Angeli enim, qui de Sodomis illum educebant, dixerunt ei, vt *f vitam & animam suam in monte saluaret*: Et cum oportuisset statim iudicium suum subijcere: tantam ostendit in exitu & ascensu ad montem repugnantiam: vt peteret alium locum iudicio suo securiorem, ciuitatem scilicet paruam, quæ appellabatur Segor. Et hinc aliæ miseriæ sunt ortæ, quas superius retulimus, Nam, cum prius ipse, quàm eius vxor, ingressus esset Segor, statim pluit Domiuus ignem super Sodomam: & *respiciens vxor eius post se, versa est in statuam Salis*: ipse vero Loth mansit viduus, afflictus, & solus in terra aliena: & cum aduerteret se turbatum ex illo euentu, pœnituit eum, quodd talem locum elegeret: & statim ascendit in montem: in quo alia scdior ei accidit calamitas cum proprijs filiabus: Cuius fortè causa fuit, quodd hic ascensus non fuit, vt obediret priori Dei mandato; sed quodd timore concussus, iudicaret, in eo se fore ab incendio securiorem. Quid autem hoc aliud est: quàm Religiosos monere, vt ex alieno periculo cautiorez fiant; nec locum dent excusationibus, & inanibus suis timoribus, adinuenientes rationes, quibus impediant, aut obineant mutationes, quas eorum Prælati facere constituunt? Securitas enim non consistit in loco, quem ipsi sibi commodiorem iudicant, eò quodd propinquior & planior sit, sicut Segor, sed in eò, quodd Deus illum designet: etiam si asperior videatur, & ab hominum commercio remotior. Omnia enim pericula patent Diuinæ Sapientia, quæ potest facillè ea fræuenire; aut Diuinæ Omnipotentia ab eis liberare. Ac propterea assignat ipse suis electis locum, qui magis eis expedit, vt sint securi. Quod si aliquando non habent bonum exitum in monte, & loco à Deo eis assignato: fortè id prouenit ex eò, quodd tot præcesserint repugnantia, replica, ac difficultates ad impediendum: vt quandò eò se conferunt, id non sit purè, vt obediant; sed quia aliter non possunt, aut ob aliquos timores & motiua humana ac politica. Cumq; talis obedientia multis defectibus sit referta, punitione potiùs est digna, quàm fauore.

§. 2.

SIMILEM HVC exitum habuerunt Hebræi, cùm Deus iussit eos ire ad terram promissionis, cùm enim audirent, in ea esse Gigantes, tantum conceperunt timorem, vt voluerint in Ægyptum redire: sed cùm postea aduerterent, se in hoc malè fecisse; & horrendas minas, quibus Deus iussit, nullum illorum visurum terram illam promissam, dixerunt Moyfi: *b* *Parauimus ascendere ad locum, de quo Dominus locutus est, quia peccauimus. Quibus Moyles respondit verbis grauissimis, & timorem ingentem incutientibus: nolite ascendere; non enim est Dominus vobiscum: quod si ascenderitis absque Deo vestro, corruetis coram inimicis vestris. Et ita euenit: nam illi rebelles preelato suo Moyfi, statim ascenderunt in verticem montis: vbi existimantes, se periculis esse, venerunt eorum hostes, eosq; percutientes atque concidentes, perleuerunt.*

Cui non magnum incutiat metum sententia & responsum Moyfis: ne in propria voluntate locum contra diuinam muret? Quis ad eò erit temerarius, vt ad locum aliquem ire audeat; sciens, se ire solum, absque Dei fauore, & auxilio: Et quomodo audebis dicere Deo, vt tecum eat ad locum: quòd tu contra eius voluntatem, vt tuam sequaris, vis pergere? respondebit enim tibi, vt solus eas; & te ipsum à periculis, quibus te exponis, eripias. Et ita delectens te, permittet, perire ob tuam stultam temeritatem. Et hoc ipsum dixit idem Dominus eisdem Israëlitis: *b* *non ascendam tecum: quia populus durus est: ne forte disperdam te in via: & semel, ascendam in medio tui, & delebo te, pro tuas inobedientias.* Contra verò si in his omnibus Dei voluntatem sequaris; causam habes & titulum sufficientem, ad petendum, vt veniat tecum ad locum, quo ipse te mittit: non quod Deus ab vno in alterum locum mouetur, qui vbique est per essentiam, præsentiam & potentiam; sed quod speciali cura assistat loco, in quo ipse nos ponit, vt suo nos auxilio foueat. Et hinc aliam rationem valde efficacem licebit deducere. Nam, cùm neque locum, neque locum scias, in quo tibi sit moriendum: quomodo audes proprio libitu locum eligere tuæ habitationis? Si enim ibi te mors inuadat, plane experieris, te abiecto esse animo, ad fauorem Dei in illis angustijs petendum. Si tamen inuadat te mors in loco, vbi te Deus collocauit, orietur tibi maior animi fortitudo & attende diligenter: non expedire tibi, in eo loco & habitatione viuere, in qua nolles mori.

DE N I Q V E si pacem optas inuenire in deserendis, obedientiæ causâ, rebus omnibus, quas diligis & in eundo quòd alias nolles: assuesce in omnibus obedire, vt supra dicebamus: non conijciens oculos in tuas commoditates, neque in rationes humanas; sed in id solum, quòd **D E V S**

ita

a Num. 14.
23. 40.
b Deut. 1. 41

b Exo. 33. 3.

ita velit ac iubeat, hæc enim sola ratio est, quæ omnes difficultates expedit, & vincit repugnantias: cum aliæ eas potius augeant. Magnam miratur fert admirationem, quodd, cum Deus iuberet Abrahamum egredi de terra sua, & de domo patris sui: non legatur, eum habuisse vllam repugnantiam, aut graue illi fuisse, ita egredi, & suos parentes deserere; sicut nec cum iussit offerri sibi filiam eius vnicum Isaac, rem ab ipso maxime dilectam. Quando autem Sara ei dixit: *eice ancillam hanc Agar, & filium eius Ismaëlem*: ut Scriptura diuina; *durè hoc accepisse Abraham*, hoc est, graue illi erat, magnamque sentiebat difficultatem ac repugnantiam. Quamuis certò existimemus Saram, utpote fæminam piam, & iustam, non petiisse rem ad eò duram, & contra pietatem; sed ex speciali Dei impulsu, qui ei reuelauit mysterium, quod postea Apostolus declarauit. Quando autem Deus iussit exequi, quod Sara ei suggesserat, & dixit: *non tibi videatur asperum super puero & super ancilla tua*: statim eius repugnantia cessauit, & difficultatis apprehensio: prius enim aspiciebat, quod Sara dicebat tanquam rem humanam, rectam rationibus, quæ aliquod incommodum inuoluebant: sed postea omnes has rationes obiecit, & solum acceptauit illam, quod Deus id iuberet: hæc enim vnicò omnes ei difficultates expediebat, & durtiem emolliuit, ac dulcorauit asperitudoines. Aspice igitur omnes mutationes, & consilia Prælatorum, non tamquam humana & incommodis referta, quæ tu tibi fingis, aut reuerà deprehendis: sed consideratione te ipsum eleua, & intelligas: Deum esse, quæ illa consilia probet, ac exequi iubeat; ne ea dura reputes: nam sibi incumbere reparationem in commodorum, quæ ex eo oriri possunt, & auertere damna, quæ timere potes: sicut reparauit damna, quæ timebat Abraham, si eisdederet è domo sua Ismaëlem. Quod si hac fide ac fiducia te subieceris: poteris & quietem in anima habebis; & Deus intercidet incommoda, quæ tu times; & ubi existimabas, multa incommoda te inuenturum: inuenies comoda multa, ut in proximo capite fusiùs dicemus.

(..)



c Gen. 21.10

Vide Pererium ibid.

Galat. 4.30

CAPVT XXII.

DISCRIMEN INTER RELIGIOSOS SVBIECTOS *Dei voluntati,*
& eidem rebelles in mutatione locorum & officiorum; & in reliquis ad
obedientiam spectantibus.



QVAMVIS in decursu huius tractatus studuerim hastenus indicare præmia, fauores, & stupenda bona, quibus verè obediens gaudent, & pœnas, desertiones, & miseranda mala, quibus inobedientes & rebelles afficiuntur: constitui tamen, rem hanc præclara quadam imagine concludere: quæ discrimen nobis ob oculos ponit inter Religiosos, Dei & suorum Prælatorum voluntati subiectos, & eidem repugnantes, tam in locorum & stationum mutationibus prædictis; quàm in alijs mutationibus ac distributionibus officiorum, & occupationum: & vniuersim in rebus omnibus, quas Obedientia commendat. Vt ex hac differentia deprehendatur veritas eius, quod dixit Malachias Propheta:

Convertimini & videbitis quid sit inter iustum & impium; & inter seruientem
Deo & non seruientem ei: Et similiter inter eum, qui obedit voluntati Dei, abnegata propria, & qui suam sequitur, & explet, repugnans diuinæ.

Hoc apparebit, allatis, ad declaranda & amplius confirmanda, quæ in proximo capite diximus, duobus casibus non minùs horrendis, quàm admirandis, & vtilibus duorum generum personatum, quæ fuerunt in Ierusalem, cum Nabuchodonosor Rex eam impugnabat. Nam, cum Deus Ieremias Propheta reuelasset, suæ voluntatis esse, ut ciuitas Regi illi se dederet, & Cines cum illo irent in Babyloniam; & nullo modo in Aegyptum: Aliqui subiecerunt se, & paruertunt huic mandato: quod aliàs durum valdè videbatur: alij tamen obedire noluerunt, existimantes, se à Propheta decipi, & ita constituerunt, proprium sequi consilium. Vt autem discrimen inter has personas deprehenderetur, ostendit Deus Ieremia duos Calathos plenos ficibus, positos ante templum Domini: Calathus vnus ficus bonas habebat nimis, ut solent ficus esse primi temporis: & Calathus vnus ficus habebat malus nimis, quæ comedi non poterant, eò quod essent mala. Et aperiens mysterium huius visionis, dixit Deus: calathos illos significare duo genera hominum: quosdam non solùm bonos, sed etiam in bonitate præstantes, eò quod fuerint in obedientia eminentes: quales sunt, inquit ficus valde bona, sic cognoscam transmigratoinem Iuda, quam emisi de loco isto in terram Chaldaeorum, in bonum. Quamuis enim mutatio hæc sit ad captiuitatem, à furore & superbia cuiusdam Tyranni quaesitam & quamuis res sit grauis, & calamitas quædam, propriam patriam deserere, & ad alienam migrare: ego

a Malac. 3. 18

b Iere. 24. 1.

Calathi
duo genera
hominum
denotant.

I om. 3.

A a a

tamen

tamen sum; qui mea prouidentia rem ita direxi; nec sine mea permissione potuisset aliquid Tyrannus efficere. Ac denique, quod ego permisi & ita constitui, non cedit in illorum damnum, sed in maiorem utilitatem. Cum igitur illi verbo meo fidem abhibuerint, meaque; ordinationi sese deiderint: experientur in bonum proprium cessisse, quod mihi obediuerint. O utinam attenderes ac bene penetrares rationum vim, quae hic insinuantur: procul dubio subijceres te cuius mandato, & mutationi loci, quem tibi Dominus per suum Prophetam, tuum scilicet Praelatum significaret. Quis enim non se dedit ac subijciat; si credat, esse Deum, qui id statuat; & in proprium commodum dirigi: & si acceptet, Dominum ipsum cogniturum, approbaturum, & opus remuneraturum? Et quamuis Praelatus progrediretur tanquam homo cum aliquo affectu & passione, sicut progrediebatur Nabuchodonosor (cum ipse Deus velit in tali ordinatione, quae alias non est mala, ei obediri) hoc non poterit commodum impedire sese ei subijcientis.

1. Quid si agnoscere cupias, quantum hoc sit emolumentum: audi suauissima ac iucundissima promissa huiusmodi obedientibus facta. *Ponam inquit, oculos meos super eos ad placandum, & reducam eos in terram hanc: & edificabo eos, & non destruam; & plantabo eos, & non euellam. Et dabo eis cor, ut sciant me, quia ego sum Dominus: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deus. &c.* Quibus verbis tres insignes promittit fauores. Primus est: quod ubi-
cunque fuerint, beneuolis eos aspicit oculis, ut eis compatiens, ex illis calamitatibus eos eruat; afficiens eos honore, ac ditans, eisque indulgens in eius enim potestate est, facere quod uoluerit. Quemadmodum fecit cum Rege c. *ioachim* qui huic mandato paruit, & postea ita eius rem disposuit, ut liberaretur à carcere, magnique fieret, & poneretur ei thronus tanquam Regi, etiam si adhuc captiuus teneretur. Et eodem modo semper oculos suos habuit in *Danielem* eiusque socios; & in *Mardocheum*, & alios similes: quos etiam honore affecit, & exaltauit in despectum hostium suorum, eruens illos ab ingentibus periculis, & creans Principes, ac potentes dominos; nec est enim in mundo potestas ad opprimendum, quem Deus uoluerit exaltare. Quod si oculos suos conijciat in aliquem inter barbaros existentem: etiam ibi faciet eum inter illos eminere. Quae igitur maior felicitas evenire tibi potest, quam hoc uerbum à Deo habere, quod *suos oculos ponet super te*, ut misericordiam exhibeat, si in loco maneris, in quo ille te collocauerit?

2. SECUNDA promissio fuit: *Reducam eos in terram hanc*, ex qua eode-
ducebat, remunerans eorum obedientiam, quam exeundo praestiterant: prospero ac felici reditu; & aedificans eis iterum templum, domum, & familiam cum magna soliditate. Ut ex hoc intelligas, non solum te cura

fore Deo in loco, ad quem te permiserit mitti in exilium, aut in captiuitatem, aut vbi te persequentur, aut quò tuus Prælati te miserit; sed etiam curæ illi erit te ad tuum proprium reducere; quod quidem nunc desideras; sed ipse faciet, quando erit opportunum; tibi que magis vtile. vt licet videre in eo quod sanctum Euangelium narrat de sancto d Ioseph, cui existenti in Nazareth apparuit Angelus in somnis, iubens, accipere puerum & matrem eius, & fugere in Aegyptum, & esse ibi, vsque dum aliud ei diceret: Nam Herodem quasi-
 turum puerum ad perdendum eum: quem tamen Deus hac via volebat liberare. Et cum Ioseph ad nutum, & magna cum resignatione obtemperasset, curæ fuit eidem Domino, cessante periculo ipsum monere, vt in terram Israel rediret. qui cum etiam hoc mandatum ad nutum exequeretur dubitanti, ad quemnam locum conferre se deberet, reuelatus etiam ei fuit locus, in quo tutior maneret. Quæ omnes tres reuelationes factæ ei fuerunt dormienti, hoc est, cum homines minimè sunt de rebus suis solliciti: vt ex hoc intelligas; quando iustus dormit, Deum vigilare, & quando ille de suis periculis non cogitat, Deum esse de eis sollicitum, prouidentia sua præueniendo & intercipiendo illa. Cui prouidentia fidei debes in omni mutatione, quam ipse constituerit. Si enim iubet, te ex hoc loco migrare, id fortè propterea facit; quod videt, hic tibi periculum imminere: à quo te vult per talem mutationem eripere. Cessante autem periculo, inueniet ipse modum, quo redire possis ad tuam quietem, & solatium. Cumque ipse dicat: esto ibi vsque dum dicam tibi: signum est, ipsam in se recipere, vt tempestiue te moneat, si tu es paratus, in omnibus ei obtemperare.

Allam denique fecit eis promissionem spiritualement, valdè celebrem, quæ esset impleturus in loco, ad quem eos mittebat, dicens: e Dabo eis cor, vt sciāt
 me, quia ego sum Dominus: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum: quia reuerentur ad me in toto corde suo. Quasi distinctiùs dixerit: ego illorum resignationem remunerabo, illustrando eorū cor, vt verè agnoscant bonū, quod in me habent: & sic accipient me illi in Deū suū, & ego eos in populū meū, cuius singularē gerā curam, vt in virtutibus omnibus proficiant: Scriptū est enim: f Beatus vir cuius est auxilium in Deo: ascensiones in corde suo disposuit in loco, quem posuit, etenim ad eū accedens legislator, dat ei copiosam benedictionē, vt eat de virtute in virtute. Hi sunt viri, de quibus Ierem. quod essent ficus primæ temporis, hoc est, Apostoli ac discipuli & primæui Christiani: qui omnes valde prompti & parati erant, ad quemcunque locum ire, ad quem Deus ipsos mitteret; aut in exilium mitti permetteret: scientes, se in quocunque loco Deū secū habituros: in cuius comitatu & societate nihil putabāt sibi deesse. Huiusmodi autem meritò esse debent Religiosi, Apostolicam vitam se-

d Mat. 2. 13.
19.3.
c Ier. 24. 7.

f Psal. 83. 6.

stantes: quales sunt Mendicantes, & qui ex suo instituto habent, proximos in via Dei adiuuare. Ac propterea Religiosi Societatis Iesu non sumus obligati ad vnam domum, aut collegium; sed nostræ vocationis est proficisci ad quamcunque mundi partem, quò nos miserint Superiores, etiam ad Gentiles, aut Hæreticos: confidentes diuinæ Omnipotentiae, quòd cum tali protectore simus ibi tuti futuri. Hunc spiritum habuit S. Catharina Senensis, etiam si esset fœmina, cum enim Summus Pontifex eam mitteret Neapolim, vt ageret de reuocanda Regina, quæ schismatica erat: sed Confessarius ipsius Virginis tot incommoda eius missionis Pontifici proposuit, quasi virgo iuuentis in re tanta magnis periculis exponeretur, vt Pontifex mandatum primum reuocauerit. Quod cum S. Virgo intellexit, reprehendit cum humilitate exiguam sui Confessarij fidem, dicens: Non angulum dare securitatem, sed protectionem diuinam. Ideoq; cum Deus illam Neapolim ad Schismaticos, & rebelles mitteret: nihil esse timendum; nec propter humanos timores, animum abijciendum.

TRANSEAM VS nunc ad ficu malas aded, vt comedi non possint; quæ sunt symbolum & imago resistentium Dei consilij, & volentium in habitare, vbi Deus non vult. Quales fuerunt Rex Sedecias, eiusque principes, & plures alij ciues; qui contra consilium & voluntatem Dei per Ieremiam illis significatam, iuerunt in Ægyptum: quibus minatur Deus, dicens: *g Dabo enim vexationem, afflictionemq; omnibus regnis terræ: in opprobrium; & in parabolam. & in prouerbum, & in maledictionem in vniuersis locis, ad qua eieci eos. Et mittam in eis gladium, & famem, & pestem. donec consumantur de terra. h Et gladius (scilicet) quem vos formidatis, sibi comprehendet vos in terra Ægypti. Et fames, pro qua estis solliciti, adheret vobis in Ægypto, & sibi moriemini.* Qui enim consilium Dei sequi non vult, sed proprium: incidet in ea mala, quæ timet. Nam, vt ait Scriptura: *i qui timent pruina, irruet super eos nix, & fugienti a facie leonum, curret versus.* Cum enim contendit euitare pericula, quæ timebat: fugit ad locum, quem suo iudicio securum reputat: & ibi inuadunt eum maiora mala de cælo missa in pœnam suæ inobedientiae. Quod enim maius malum esse potest, quàm esse ficus malè maturas, aut putridas; quæ comedi non possunt. Non enim Deus inobedientes, sibi adiungit, nec amicitiam cum eis inuenit, nec bonam ipsi ex consilij suis exitum habebunt: nisi ea deserentes & penitentia ducti, diuinis acquiescant.

ATTENDE igitur ad duos calathos ficibus plenos, quos vidit Propheta ante templum Domini; quod est eius Ecclesia, cuius pars est sacra Religio: & cogita eos esse quasi duos greges; alterum ouium, alterum hircorum; alterum obedientium, alterum repugnantium & rebellium: qui tamen quidem simul permixti ambulant: sed *l in die nouissimo ab invicem separantur,*

g Ierem. 24.

h c. 42. 16.

i Job. 6. 16.

k Am. 5. 14.

l Mat. 25. 32.

luc. 12.

inueniunt. Et reprobi, qui seipfos proprio iudicio gubernant, propriamque sequuntur voluntatem conculcantes diuinam: *statuentur ad manum sinistram*, in loco quodam infami inter dæmones; & quasi sicut putridæ projicientur in stertquilinum inferni. Iusti autem sunt sicut oves, non eligentes pro arbitratu suo loca, in quibus pascantur, aut quiescant; *m nec vocem sequuntur alienorum pastorum*, sed legitimi sui pastoris, *quem sequuntur*, quiescuntque, ubi is eas collocat, confidentes beneuolæ ipsius prouidentia; quod collocabit, ubi magis eis expediat: ut pascua habeant & solatia spiritualia in hac vita, & in cælo postea æterna: ubi assignabit eis honoratissimum locum ad manum suam dextram: & sedem magnæ gloriæ, propter conformitatem, quam cum diuina voluntate in rebus omnibus habuerunt.

SED, ut finem huic puncto imponamus, aduertendum est; neminem debere se omninò securum iudicare, etiam si in eo loco maneat, in quo Deus eum posuit. In hac enim vita omnis locus subiacet mutationibus propter arbitrij nostri libertatem & mutabilitatem; & hostis ac tentatoris nostri magnam astutiam. Cuius rei sufficiens probatio est, quod Deus D. N. n *primum hominem collocauerit in Paradiso, ut operaretur, & custodiret illum.* Quod S. Augustinus interpretatur significare: ut ipsemet Deus ibi operaretur, & custodiret hominem. Quemadmodum si quis pretiosam margaritam aut imaginem, quam fecit, poneret propria sua manu in aliqua cista, ut ibi tuta seruetur. Sed nihilominus serpentis astutia aditum inuenit, ut hominem tentaret, ac deiceret. Ut omnes profundæ humilitati in rebus suis innitantur; & agnoscant, se omninò dependere à protectione diuina: ut propterea diligenter reprimere debeant superbiæ & sensualitatis motus, qui necesse sunt causa ruinæ. Propterea siquidem dixit Ecclesiastes: *o Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris: quia curatio faciet cessare peccata maxima.* Quali dixerit: Si te inuaserit superbiæ, ambitionis, iræ aut alterius passionis spiritus, contendens contra te præualeat, te dedas ei; nec locum deferas, in quo Deus te posuit; ut tuum sequaris palatum: mortificati enim violenti huiusmodi spiritus impedit peccata, ad quæ ille conatur te trahere: & Deus tibi suppetias feret, ut firmus & constans manens, victoriæ coronam obtineas.

QUAE hæcenus diximus de resignatione circa locorum mutationem, locum etiam habent in officijs, ministerijs, & occupationibus tam domesticis, quam cum proximis. Ad quod debent Religiosi esse valdè resignati voluntati Prælatorum: ad quos spectat, nomine Dei huiusmodi Officia suis subditis distribuere, dantes cuique, quod ei expediat, & pro tempore conuenienti; Et ad aliud officium mutantes, quando eis videbitur magis expedire. Eum in modum, quo summus Sacerdos p. *Aaron* ex mandato Dei

m Ioan. 10. 4

S. Bern. ser. de ligno fæno & stipula. u Gen 2. 15. Li. 8. de Genes. ad lit. c. 10.

o Ecl. 10. 4

distribuebat onera tabernaculi, que Leuiti portarent, disponens opera singularium, & asuidens, quid portare quisq; deberet. Et quidem in uoluta pallio hyacinthino, cuius superius fecimus mentionem. Ad subditos enim spectat, huiusmodi onera suscipere; quia Deus illis ea imponit; & portare, quam diu Deo placebit; eaque deponere, & alia suscipere, quæ ipse imponet. Quare religiosi ipsi, & ad omnia parati esse debent. Et qui ita se gerunt in Religione, sunt sicut ficus, quas Ieremias appellat *valde bonas*; eod quod in suis officijs valde placeant Deo & hominibus, & ipsi proficiunt, & alios faciunt lætos esse ac iucundos. Qui tamen propriæ voluntatis viam tenent, sunt sicut ficus valde mala; faciunt enim officia sua aded ineptè, vt & sibi noceant, & alijs scandalum adferant. Quod etsi in omnibus officijs ac ministerijs Religionis meritò est seruandum: id tamen multò magis fieri debet in ministerijs spiritualibus Confessariorum, Concionatorum, Magistrorum, & Præpositorum: ad quæ neq; accedendum est, neq; diutius in eis hærendum, nisi per vocationem Dei. Vt constabit ex ijs quæ adferemus in tractatibus de eis instituendis.

CAPVT XXIII.

QVI CUPIUNT RECTITVDINEM SERVARE IN OBEDIENTIA, debent suis Superioribus & Magistris omnia sua interiora & occulta conscientia manifestare; quò illos iuuare possint, ad rectam eorum gubernationem, & directionem.

Media ad obedientiam obtinendam.



LI V D quiddam summi momenti adhuc superest declarandum: vt qui desiderant valde in obedientia eminere possint cum facilitate & securitate ad huius felicitis palmæ culmen peruenire, eiusque dulces fructus colligere, & gloriofis triumphis gaudere; ipsaque experientia sentire stupenda, quæ providentiæ diuina per eam operatur, ac perficit. Quod obtinebunt, si ex parte sua diuinæ providentiæ cooperentur in gubernatione, quam seruat erga suos electos, & obediens Religiosos. Quæ cooperatio exigit, & completitur duo genera rerum: alias ex parte Prælatorum ac Magistrorum gubernantium; alias ex parte subditorum, qui ab eis gubernantur; & vtriusque obtinetur, quod Sapiens dixit de diuina Sapientia: *a quod attingit sine vsque ad finem fortiter, & disponat omnia suauiter.* Illa enim docet ac dirigat Prælatos in altiori loco constitutos; & subditos in inferiori: vtriusque adiuuans: vt quisque quod suum est, perficiat; nihil detrahendo fortitudini ob nimiam suauitatem; nec suauitatem lædendo, vt fortitudo se-

a Sap. 8.1.

do se-

do seruetur. Et quoniam suavis fortisque Superiorum cooperatio multum ab ea dependet, quæ ad subditos pertinet: præmittemus breuiter de illa, quod ad nostrum facit institutum.

§. I. *Tria ad Prælato pertinent, ut recte sit eorum gubernatio.*

PRÆLATORVM & Magistrorum cum Dei gubernatione cooperatio, ut recte ipsi gubernent: tria nominatim exigit. *Primum* est, ut subditos suos exacte cognoscant, & omnia interiora animarum eorum, propensiones, talenta, vires, passiones, & affectus bonos & prauos. Hæc enim cognitio valde est necessaria, ut tanquam eorum Duces eos dirigant; tanquam medici curent; & tanquam pastores gubernent: imitantes Dominum, qui dixit: *a ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas; & facientes quod sualet Salomon, cum dicit: b diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosq; greges considera, aspiciens proprijs oculis, & studio, ac diu penetrans quicquid in eis est. Nam (vt S. Basil. ait) non est qui modò intelligens moderator est, vniuersi cuiusque mores & affectus; & animi motus diligenter exquirere, & ad hæc accommodatum etiam singulis remedium adhibere.*

Ex quo *secundum* sequitur Prælatis & Magistris necessaria, ut scilicet magnam adhibeant prudentiam ac discretionem in imponendo singulis suis subditis, quod cuique iuxta propriam bonam propensionem, talenta, & vires, ac vires, magis expedit: ut onus Obedientiæ & Religionis, cum suauitate & constantia ferat; ne declinet in torporem, aut laxitatem si onus sit leue; nec in pusillanimitatem & impatientiam, si sit nimium. Propterea enim Deus iussit, *c Aaron & filios eius ingredi tabernaculum fæderis, & sanctum sanctorum, & disponere opera singulorum Leuitarum; & diuidere quid portare quisque deberet. Aaron & filij eius (ait Sanctus Bonauentura ad hoc propositum) sunt Prælati Religionis maiores, & minores: qui adire debent occultas subditorum conscientias & talenta, viresque cognoscere; & vnicuique tantum oneris ex obsequantia Religiosa imponere, quantum ad maiorem eius profectum expedit.*

DE *tertio* est necessarium, ut ipsi sanctitate vitæ valde exemplaris præluceant; tum, ut iubendi ac gubernandi modus sit cum amore & lenitate paterna; tum, ut exemplo suo alios præcedant: ac dicere possint. quod Gedeon suis militibus: *d quod me facere videritis, hoc facite: & quod seruo scellamini; & quod ipse Saluator Apostolis suis dixit: e Exemplum dedit vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vòs ad inuicem faciatis.* Nam alioquin tales Superiores essent sicut Pharisei, sedentes in Cathedra Moysi: tum *f alligantes onera graua & importabilia, & imponentes in humeros*

hominum

1.

a Ios. 10. 14

b Pro. 27. 23

c De Const

d Monaf.

e. 23.

2.

c Num. 4. 4:

19.

Opuse de sex

alio Seraph.

e. 7.

3.

d Iudic. 7. 17

e Ios. 13. 23

f Mar. 23. 4

hominum, contra dictamen prudentiæ; tum nolentes digito suo ea mouere, qui est defectus boni exempli. Hæc tria sunt præcipua in quibus eminere debent Prælati: vt, quod in ipsis est, obedientiæ gubernatio feliciter cedat. De quibus tamen fufius agetur in feptimo, tractatu quarti tomi.

§ 2. *Commoda & vtilitates ex redditione conscientie.*

EX PARTE etiam fubditorum funt alia tria neceffaria, refpondentia illis tribus, quæ diximus de Prælati, ad perfectè cooperandum gubernationi prouidentie diuinæ. *Primum* ac præcipuum, de quo nunc agendum, eft adiuuare Prælatos; vt poffint integram & perfectam ipforum cognitionem habere: reddentes eis rationem omnium rerum fuarum internarum, fiue bonæ illæ funt fiue præuæ: idque valdè clarè & apertè, vt melius illi in via perfectionis gubernare ac dirigere eos poffint. Quamuis enim Superiores valdè funt periti, & experti, omnemque adhibeant diligentiam, & varias probationes, vt fubditos bene agnofcant: nihilominus verum eft, quod Apoftolus dixit: a *Quis hominum fcit, quæ funt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt?* Imò fæpè ipſemet, qui ſentit, quid interius in ſe geratur: non fatiſ agnoſcit, nec penetrat, ſiue bonum, an malum? Ac propterea Dominus noſter dixit per Ieremiam: b *Prauum eſt cor omnium, & inſcrutabile: Quis cognofcet illud? Ego Dominus ſcrutans cor: ideoque neceſſe eſt, ſubditum reddere rationem ſui; & eorum quæ in ſuo corde geruntur, ſicut ipſe intelligit: Ex quo fiet, vt Superior poffit ipſum ſufficienter agnoſcere: & quod amplius eſt, iuuerit multum, vt ipſemet melius ſeipſum agnoſcat. Et hic alter fructus, eſt qui ex hac conscientie manifeſtatione prouenit. Eſt enim (vt S. Baſilius ait) difficillimum, agnoſcere ac curare ſeipſum: nam amor, quæ ab ipſa natura erga ſe & res ſuas habet, efficit, vt in eis cognofcendis facile decipiatur. Contra verò, valdè facile eſt ab alio agnoſci, & curari: maxime à Superioribus, & Patribus ſpiritualibus, qui non laborant impedimento illo amoris proprii erga ſubditum. Et Deus cæleſtem ſuam lucem communicat ad cognofcendos ac diſcernendos ſpiritus: & ſic ex eo quæ ſubditi eis manifeſtant; penetrant ipſi etiam ad occultiora, quæ ſubditi aduertebant: quia locum hic habet, quod communiter dicitur: ex vultu leonem agnoſcere, & ex filo glomus: producendo in apertam, quod prius erat occultum, etiam ipſi habenti. Et omnia iuuant ad hoc, vt gubernatio rectius procedat.*

HANC veritatem, quæ tanti eſt momenti, docuerunt, valdeque commendarunt duo Religionum lumina: alterum in Oriente, alterum in Occidente, ſupponendo eam tanquam fundamentum, ſuper quod perfectio

1.

21. Cor 2. 11.

b Iere. 17. 9

De Conſt.
Monach. 6.
23.

& securitas vitæ Religiosæ edificaretur. S. Basilius in Oriente, cum videret multitudinem Monachorum in solitudinibus ac desertis locis habitantium cum periculo labendi, quos ipsa experientia docebat labi in tepiditates, illusiones, & frequentes errores, propter astutiam sathanæ transfigurantis se in Angelum lucis, ut eos deciperet: adinuenit consilium & modum, quo illos ad tutiorem vitam in conuentus, & monasteria reduceret: constituens, ut ipsi eligerent sibi aliquem Abbatem, Patrem, & Magistrum spirituales, prudentem, sapientem, & expertum: cui animas suas aperirent, & in rebus omnibus obtemperarent. Quod, cum sæpius repetat in suis Constitutionibus & Regulis; & in specialibus instructionibus, quas eis dabat; nominatum in Regula 26. hæc grauitè ac prudenter dicit: Debet vnusquisque eorum, qui inferiores sunt, siquidem memorabilem vllam facere progressionem studeat, & ad perfectionem vitæ illius, quæ præceptis Domini nostri Iesu Christi est consentanea, peruenire, cum nullum animi sui motum apud seipsum celatum retinere; tum in sermone nihil non diligenti antè cura consideratum proferre; sed mentis suæ arcana aperire fratribus ijs, quibus datum illud negotium sit; vt adhibitis facilitate ac misericordia, ægrotantes curent. Hoc enim modo fiet, vt & quod laude dignum sit, in nobis confirmetur; & quod minùs probandum, congruo remedio sanetur: atque ex huiusmodi mutua exercendi inter nos consuetudine, per modicas accessiones ad perfectionem perueniamus. Hæc S. Basilius, In quibus *tertium* posuit fructum præcellentem huius manifestationis, *perfectum* scilicet in hac via, & incrementum virtutum, donec perfectionem allequamur, quam prosequemur, & Christus Dominus noster in suis præceptis & consilijs Evangelicis nos docuit. Nam auxilio periti patris spiritualis purificatur cor, ab ea prauitate & imperfectione, quæ manifestatur & agnoscitur; & confirmatur magis in bono; & excitatur, animumque sumit ad proficiendum cum feruore, donec perueniat ad id, quod est perfectissimum. Experti sunt hoc Monachi Ægyptij, quibus hæc doctrina adeò altè insedit, (vt refert Cassianus) vt quasi primum principium & fundamentum spiritualis vitæ ponerent, vt nec suas cogitationes occultarent; sed confestim, vt exortæ essent, suo patefacerent Seniori, qui illorum curam gerebat. Et S. Ioannes Climacus refert: Monachos Angelici illius monasterij, in quo ipse ad aliquot dies fuerat commoratus, gestare solitos ex Abbatis sui consilio albas tabellas è cingulo pendentes, in quibus annotabant omnes incidentes cogitationes; vt earum rationem suo tempore ei redderent. Qua obseruatione ac obedientia euaserunt valdè perfecti.

Hoc idem amplius confirmabitur ex ijs, quæ Sanctus Benedictus, Monachorum in Occidente lumen, docet. Qui in sua Regula bis commen-

cc
cc
cc
cc
cc
cc
cc
cc

3.

Purificatio
cordis.

Lib. 4. 6. 9.

Instrum. 50
c. 2.

c. Psal. 13: 69

4.
Collat. 2. c.
10. c. 11.

d. Psal. 31. 3.

c. Job. 16. 9.

c. 7.

Anton. de
Yepchin
Chronico
tom. 5. anno
944.

Reg. 26. ex
fufis.

dat valdè hanc conscientiaè manifestationem, tanquam maximi momenti. Explicans enim in capite quarto instrumenta bonorum operum, quibus Religiosa perfectio obtinetur: hæc duo simul coniungit: cogitationes malis cordi suo aduenientes, mox ad *CHRISTUM* allidere; & seniori spirituali patefacere. Illud ergo est vnum remedium, vt statim atque prauas cogitationes in corde exurgunt, illa *ad petram*, qui est *CHRISTVS* Dominus *alldamus*, & comminuamus. Sed ne solis nostris industrijs fidamus, iudicantes nos posse absque aliorum præsidio ac directione eas vincere ac destruere, addit alterum instrumentum siue medium, manifestandi eas Patri spirituali: sic enim remanebunt omnino victæ. E nhic *quartus* est fructus huius manifestationis: quæ aded experti sunt Monachi antiqui, esse Cassiano, vt sola manifestatione têtationis, antequam Abbas remedium adhiberet, illa tanquam funus euanesceret, fugiente dæmone, qui prauas cogitationes excitabat, ac fouebat: cum eas videt Prælato innotescere. Contra verò, ait, tamdiu in nobis execrandas suggestiones hære, quamdiu illas occultas tenemus; nam pernicioso hoc silentio feruorem amitti, & robur spiritus; iuxta illud Davidis: *d quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea.* Hoc est, virtutes interuæ feruorem & fortitudinem, quam prius habebant amiserunt. Inueteratis autem ossibus, mox cernitur in facie senectus: cuius *erga faciem*, & manuum *testimonium dicunt*, cum deficit modestia & obseruantia exterior perfectionis Religiosæ. Superbia enim secreta, ex qua perniciosum illud silentium provenit, sensim deuorat ac deuastat totam virtutem anime. Quamobrem gloriosus Patriarcha Benedictus eandem manifestationem denudò commendat, cum, referens duodecim humilitatis gradus, dicit: quintum esse non celare suas cogitationes & peccata occultè admissa Abbati suo: sed cum humili confessione ea manifestare. Estque valde credendum: Sanctissimum patrem in vtroque loco non solum de confessione sacramentali loqui, cuius cognitione Prælati non possunt in externa sua gubernatione uti; sed etiam (vt graues eius Religionis viri sentiunt) loqui de ea confessione, quæ fit Abbati tanquam Patri & Magistro, vt conuiuuet, dirigat ac gubernet. Et quamuis solum faciat mentionem prauarum cogitationum, eò quòd in eis difficilius sit hæc manifestatio, & in ea magis splendeat humilitas, intelligendus tamen est de cogitationibus bonis: quæ eo fine (vt Sanctus Basilius ait) sunt manifestandæ, vt eas Abbas probe, dirigat, ac ad progrediendum foueat: imò etiam propterea quòd sæpè nos cogitemus, bonos & pios esse affectus, quos in nobis sentimus; qui tamen sunt prauis: & esto essent boni, si tamen ex superbia occultentur, facilè in perniciosos mutabuntur. Neque exiguus est fructus huius, manifestationis, quòd in ea humilitas in gradu aded heroicè exten-

ccatur

ceatur: habet enim hæc virtus tantam cum reliquis connexionem, vt quo passu illa augetur, etiam reliquæ crescant. Ac propterea dixit idem Sanctus animi in virtute progressum: in humilitate progressum esse. Nam Deus gratiam suam præbet humilibus, iuuatque vt puri ac perfecti euadant, præseruans eos ab illusionibus, laqueis & lapsibus. Quamobrem etsi valde sis in Religione antiquus, & in vita spirituali ita exercitatus, vt non sit opus talem tui rationem reddere, vt bene dirigaris: debes tamen libenter eam reddere, (vt Cassianus dixit) ad exercendam humilitatem, & extinguendam occultam tuiipsius arrogantiam. Quemadmodum Sanctus Gregorius faciebat: qui etsi aded esset expertus, cum libros Moralium scripsit, in fine eorum ait: fraternis auribus omne quod in me latenter reprehendo, incunctanter aperio. Et sanctus Augustinus non minùs humilis, quàm S. & Sapiens, voluit palam facere toti mundo omnes suas imperfectiones, Et, cum esset Episcopus valde senex, dixit: paratum se esse, doceri ac dirigi a quocunque alio etiam iuvene. Et S. Clemens Papa cuius sententia referatur in decreto, constituit; nullum Episcopum prætextu senectutis, aut nobilitatis debere erubescere, ab alijs doceri, etiam valde paruis & minùs sapientibus, vt hac bona dispositione conculcicaretur superbia & pertinacia, quæ facit homines membra dæmonis, vt fusiùs est dictum in Duce spirituali.

§. 3. *Qua bona proveniant ex coniunctione manifestationis conscientie cum obedientia.*

PRÆDICTVM duorum Ecclesiæ luminarium doctrinam amplexus est, ac mirificè declaravit Patriarcha noster S. Ignatius in suis constitutionibus sæpè commendans hanc conscientie manifestationem, & insinuans etiam in particulari, quæ sint manifestanda, tam bona quàm mala; & personas, quæ eam reddere debeant, nemine excluso etiam Professo, & antiquo; & tempora, in quibus reddenda est: semel scilicet in anno, aut bis, aut etiam frequentius, prout Superiori videbitur; & modum, quo est reddenda siue in Confessione, siue extra; cum magna puritate, humilitate, & charitate. Et vt omnes intelligerent, quanti rem hanc facere deberent, ita rem aggredditur: Re in Domino considerata, visum nobis est in diuinæ Maiestatis conspectu, mirum in modum conferre, vt Superioribus subditi ompino perspecti sint: quò melius regi & gubernari, & per eos in viam Domini dirigì possint. Et postea aliquas rationes adfert, quæ reducuntur ad dupplicem ingentem fructum huius manifestationis: alterum ad commune totius Religionis bonum; alterum ad particulare cuiusque. Ad Superiorem

Serm. de
Abdite, verum
in fin.

Collat. 1.
c. 12.

„ In libris
„ Confessi.

Epist. 75. C
referatur 24.
q. 3. c. si ha-
bes.
Epist. 3 re-
feratur D. 38.
c. Nullus.
Tract. 4. r. 2.

In Exam. c.
4. s. 34. C
35. C p. 3. c. 1
5. 12. p. 4. c.
10. 5. 5.

„ Exa c. 4
„ 5. 34.
„ „
„ „

enim, vt dictum est, spectat, diuidere subditis cum magna attentione ac prudentia, officia, occupationes, & onera Religionis; aspiciendo tum ad commune bonum; tum ad cuiusuis particulare. Et quoniam Superior tanquam homo decipi facile potest, eius quæ prudentia exigua est: si tamen quantum in se est, & potest, faciat, DEVS supplet eius defectus, & speciali sua providentia eum iuuat, vt rectè huiusmodi occupationes distribuatur. Ad quod tamen etiam opus est, vt subditi ex parte sua cum diuina hac providentia cooperentur; & Superioris prudentiam in gubernando adiuuent, reddentes illi apertam sui ipsorum rationem, & acceptantes onus, quod ille imponet: confidentes supremo gubernatori Deo Domino nostro, quod omnia cedent in maius ipsorum bonum. Si enim ex parte tua hæc duo coniunxeris, candorem scilicet animi, siue manifestationem tui ipsius, & obedientiam ministris DEI: ad paternam eius providentiam spectat, ita Superiorem tuum dirigere, vt rectè ille te gubernet. Quod si aliquos eius permiserit errores, ex eis educet ipse maius tuum commodum; & profectum; & eripiet a periculis, quibus te exposuerit: quemadmodum euenit cuidam Monacho, cuius supra fecimus mentionem; qui cum à suo Abbate ad Ciuitatem mitteretur, & ille suam imbecillitatem aperuisset, ac periculum, cui exponeret tentationis, & lapsus propofuisset: & nihilominus Abbas iussisset, illi obediuit: & cum reuera ingens ei periculum à filia hospitis occurrisset: clamauit ad DEVM, & in momento fuit ab eo liberatus, & ad suam cellam ab Angelo deductus. Si autem Superiori tuo celes prauas tuas propensiones, tentationes, & imbecillitatem: errores ab ipso propter hanc causam in gubernatione admissos, ponentur ad tuas rationes, cedentque in tuum detrimentum. Nec tunc habebis sufficientem ex parte tua causam petendi DEO, vt illos remoueat, quamdiu obfirmato eris animo, te non manifestandi, ponis enim tunc obicem Ordini eius providentiæ; nec illa media vis adhibere, quæ ille ad te iuuandum constituit. Sicut peccator, qui confisum peccatum suum Confessario occultare, frustra ad DEVM clamat, vt illud remittat; nec reuerà remittet, etiam si alia mediâ pœnitentiæ adhibeat: qui reijcit illud, quod DEVS constituit. Et in hoc sensu dixit Dauid: *a quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea, cum clamarem tota die.* Clamor enim orationis, etsi valdè continuetur, nunquam culpæ remissionem obtinebit, quæ et pudore tacetur. Præterea, si te velis Superiori occultare, iam quod in te est, vt illum decipere: ac proinde dignus es, vt DEVS hanc deceptionem ipsa permittat, iuxta illud, quod per Ezechielem Prophetam dixit: *quod iuxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas Propheta eris.* Et illud Salomonis: *Qui abscondit scelera sua, non dirigetur.*

a Psal. 31. 3.
Ista Titelm.

b Eze. 14. 10

d Pro. 28. 13

Ex His, quæ hæctenus diximus, concludo, quod utilitates & com-

modi

moda vivendi sub obedientia, quæ in huius tractatus decursu sunt indi-
 cata, & illius speciatim obedientiæ, quam Sancti sanctè appellant cæcam,
 præsupponunt hanc conscientiæ manifestationem erga Superiores, vt re-
 cta sit illorum gubernatio, & in obedientie sequatur finis & fructus ad
 quem dirigitur. Et tunc obedientia non erit imprudens, nec insipienter cæ-
 ca; sed valde prudens, & oculis plena: quia innititur prudentiæ Superioris,
 cuius oculos reputat suos. Et cur dico Superioris, cum potius innitatur pru-
 dentia ipsiusmet DEI, cuius oculi respiciunt ad gubernationem subditi
 candidè agentis, & cum obedientia conceditque in magna copia fructus
 huius felicitis palmæ, quam per Isaiam appellat *mare iustitiæ, & flumen paci-*
is quia ingenti sanctitate eum ditat, & pace spiritali, gaudio, quiete, & con-
 scientiæ securitate replet. Quod expertus est Sanctus Dorotheus, vt supra
 insinuauimus, qui de seipso refert, tantam fuisse pacem ac lætitiæ animæ
 suæ, cum nullam sentiret tentationem aut turbationem: vt cæperit dubi-
 tare, an rectam teneret viam, eò quòd audiuiisset: omnes bonos aliquibus
 molestijs ac difficultatibus affici. Et cum suum Abbatem ea de re consule-
 ret, respondit ei: ne timeas, fili: ista enim lætitiæ & pax, qua fruëris, fructus
 est claritatis & obedientiæ, quam præstas. Quòd si omnes Religiosi, se gere-
 rent sicut hic Sanctus: experirentur eandem utilitatem & profectum; &
 nota ipsa Religio magno ac præclaro exemplo eluceret. Quamdiu enim
 claritas hæc & obedientia floret: ipsa quoque Religio floret omni sancti-
 tate; eò quòd sit indicium, & humilitatem, & charitatem, fiduciam in DE-
 O, ac desideria rectè sequendi diuinam voluntatem, exacta esse ac perfe-
 cta. Quæ omnia *inueterascent* in te, quando taces: *etiamsi clames tota die*:
 quia taces, vt ait Sanctus Augustinus, quod esset manifestandum; &
 manifestas, quod esset occultandum. Occultas enim quod malum est præ-
 pudore; manifestas autem, quod videtur esse bonum, propter inanem
 gloriam & teipsum proprio iudicio gubernas, quasi non haberes, qui te
 dirigeret; & incidis in eadem damna & pericula, in quæ in-
 cidunt, qui duce & direttore carent: vt suo loco
 est dictum.



Fructus o-
bedientis.

e Isa. 48. 18.

Exemplum
Candoris.

f Psal. 31. 1.
ibidem.

In Duce spi-
rit. tract. 4.
c. 2.

S. 4. Quo spiritu reddenda sit ratio conscientie.

Reg. 40. 1
Summarij.

Similitudo.

Exam. c. 4.
§. 35.

SUPEREST explicare, quo spiritu ratio hæc conscientie sit reddenda quem Pater noster Sanctus Ignatius breuiter indicauit, dicens debere esse magna cum humilitate, puritate, & charitate. In quibus tribus virtutibus reliquæ conditiones continentur, quæ seruari debent ad legitimè id faciendum; & vltimum quod ex parte sua subditi præstare debent, ad cooperandum gubernationi Dei, eiusque ministrorum. **HUMILITAS** radix est puritatis intentionis, & verborum; & consistit in hoc, vt viriliter, magnoque animo pudor vincatur, & timor ignominie, qui deterret, ac prohibet manifestationem vitiorum, passionum ac tentationum, & similiter conculcet vanitas, quæ immisceri solet, cum propriæ virtutes, ac pietatis opera referuntur, & manifestantur: immò interdum (quæ nostra est miseria) miscetur aliquid inanis gloriæ, cum ipsa nostra vitia & defectus aperimus: quia dicitur, vt humiles ex tali confessione iudicemur. Sed si verum habes humilitatis spiritum: omnes tuas misérias aperies; non vt humilis habearis, sed vt verè humiliaris: desiderans, talem te haberi apud homines: qualem credis esse apud Deum. Sicut ægrotus, qui sua quædam vulnera, etiam cum aliquo pudore ostendit: quia id necessarium est ad sanitatem recuperandam. Tota etiam puritas in verbis est seruanda, vt non excusationes aut prætextus admisceas, quibus tui defectus videantur imminui, & leuiore iudicari. Et cum bona tua aperueris, etiam valdè extraordinaria, & præclara: ne illa facias cum aliqua arrogancia, vana complacentia, aut inani honoris ambitione; sed in spiritu humilitatis, quasi homo ignarus, & alterius directione egens, nec fidens iudicio proprio, sed timens aliquam fraudem aut deceptionem; & vt **DEVS** in suis operibus glorificetur; & quia illa ita vult: vt propterea eadem animi promptitudine, & voluntate, & malis & bona aperias.

Ad quæ omnia multum confert ipsa **CHARITAS**, vt hæc cum Superioribus communicatio fiat cum spiritu amoris. quemadmodum filius cum patre suo agit; infirmus cum medico; ac discipulus cum suo Magistro. Hæc enim modus agendi & aperiendi sese, magnum gignit amorem in peccatore Superioris; propter magnam confidentiam, quam ostendis; & amorem, qui erga eum manifestas, dum eum facis occultorum tuorum participem: quæ non communicantur, nisi intimis amicis: & ita permouebitur, (vt Pater noster S Ignatius dixit) ad magis tibi attendendum, & maiori amore, sollicitudine, ac diligentia ad te iuandum, Et hic est vnus ex præceptis huiusmodi.

communicationis fructibus, vt dixit S. Ambrosius, & post eum S. Bernardus his verbis: Magnum enim huius vitæ solatium est; vt habeas cui pectus tuum aperias: cum quo arcana participes: cui committas secreta cordis tui: vt ames & sequaris eum: qui tibi paterna pietate in tristibus compatiatur: in persecutionibus adhortetur: & in prosperis gratuletur. Felix talis Societas, talisque amicitia: qua nihil est in rebus humanis pulchrius. Hæc S. Bernardus. Quod si superiores, & subditi ea quæ diximus diligenter obseruent: experientur procul dubio dulcissimos huius amicitia, & aded felices societatis fructus.

Ex omnibus, quæ in hoc capite proposuimus licebit tibi rationum arma arripere, ad profligandos huius manifestationis conscientia hostes; timorem scilicet, quod ignominiam tibi comparabis apud Superiorem; quod amplius tibi non fideret, neque officium honorificum commendabit, quod cupis. sed imponet, quod maximè horres. Si tamen diuinæ fidei oculos habes, nec specie humana duceris: persuadere tibi debes. *Primum*, te non solū nihil honoris amittere, si te ipsum aperias; sed potius honorem consequi: sper enim maiori pectore & fortitudine opus est, ad sperandum pudorem apertendi culpam, quàm ad eam euitandam: quod Sanctus Gregorius docet: & fusè nos explicuimus cum egimus de Confessione. Quod si aliquam honoris iacturam faceres apud homines, consolare te, quod eum potius augeas apud Deum, & Angelos eius. Cum igitur Deo fidas, eiusq; gubernatione subijcias; & vt ei pareas, tuos defectus manifestes: erede Deum in se recipere, vt honorem tuum propugnet: cuius verbum & promissio est, quod *qui se humiliat, exaltabitur*: sicut è contra: si ex superbia te occultes, humiliaberis. Et in nouissimo iudicij die dedecore, & ignominia afficietis coram vniuerso mundo, propter id, quod nunc cum culpa occultas. Timere siquidem potes, quod qui modò assuescit leues suas culpas occultare: paulatim eò deueniet, vt graues etiam occultet, ac propterea damnetur. Et cui dubium est, multò melius esse, in cælum intrare vnum oculum habentem, etiam si eum aliquo pudore ac dedecore hic viuas, eò quod sis luscus: quàm duos oculos habentem in gehennam mitti: vt in mundo cum magno viuas honore: Quod si aliquando aliquid tibi accidat temporale incommodum ex Prælati malitia; ne amittas confidentiam: nam suo tempore DEVS illud conuertet in emolumentum. Memento quid euenerit Ioseph, cum patre suo & fratribus dixit: *Vidi per somnium, quasi Solem, & Lunam, & Stellas vnde decem adorare me*. Et quamuis Pater eum increpauerit, vt arrogantiam reprimere, quam talis narratio præferbat: rem tamen ipse Pater tacite considerabat, & filij mysterium venerabatur: fratres tamen natu maiores, accipientes inde occasionem fouendi suam inuidiam, &

odium

Lib. 3. de
officijs. c.
16.
Lib. de
ordine
vii.

I.

Li. 22. Mor.
c. 10.
Tom. 1. trac.
3. c. 5.

2.

3.

4.

5.

6.

Gen. 37. 9.

odiam, & conantes ipsum perdere, facti sunt Dei instrumentum ad illum exaltandum. Hunc in modum boni Prælati, significati per Iacob, cum subditi res aliquas valde præclaras eis aperiunt: hinc ostendunt, se illos abijcere: ne ex huiusmodi rebus euanescant; inde verò taciti, Dei magnalia venerantur, iuuantque, ne tales subditi pereant. Superiores autem imperfecti, per fratres Ioseph maiores significati, si ex manifestatione subditorum occasionem sumunt, ad eos verè contemnendos ac persequendos; non tamen voti sui fient compotes, vt eos perdant: sed per eadem media, quibus ipsi eos perdere conantur, Deus eos exaltabit. Certum denique est, (vt superius est insinuatum) quod quemadmodum bonus Prælatus, faciens quod sibi incumbit, & tenetur in tribus illis capitibus, quæ ad ipsum spectant nihil coram Deo amittet, etiam si subditi repugnantes sint ac rebelles, sed potius ex ea occasione plurimum lucratur ob ea, quæ ab ijs patitur. Nam (vt Sanctus Bernardus ad hanc rem aptè dixit: quantum grauant, tantum lucraris) ita etiam bonus subditus; qui, quantum in se est, implet quæ ad ipsum spectare diximus: nihil coram Deo amittet, etiam si habeat malum Prælatum, qui officio suo non satisfaciat: sed potius ea occasione multum sibi boni comparabit ex eo, quod patitur; eum tolerando, eique obediendo. Supremus autem Prælatus, qui est Deus Dominus noster, implebit, quod eius ministro defuerit. Satis enim est, quòd is tanquam bonus pastor, infinitè sapiens, & potens, oues suas cognoscat, earumque vires nouerit: vt non permittat, propterea quod subditi eis obediunt, qui eius locum in terra occupant: fructu fraudentur suæ obedientiæ; aut non perueniant ad culmen felicitis huius palmæ, cuius dulcissimis fructibus, tum in hac vita, tum in altera æternùm fruuntur.

